















Pretiu — 8 6 d
— o — 4 — 4

John Batohspoole

Cont T Conit lo Watford

86 **LOSELLE** (G.) DE INTERNORUM ET EXTERNORUMQUE CORBORUM ferme omnium curatione libellus. 12mo, one plate, old calf.
1 5 0 *G. Vernoy* : *Bordeaux* 1620

⁂ Cap. xxxv., De lue venerea. Cap. xxxvi., De gonorrhoea.

Loselle

25/-

,907

nly-

3872/A

A.XXX

Los

C/3/

Pretiũ — 0 — 4 — 4

John Catchpoole


Lent T Comit. to Watford


Loselle

25/.

907

nl/-





GVILLELMI LOSELLI MEDICI ET CHIRVRGI REGII,

De internorum externorumque morborum fermè omnium curatione libellus.

Cum historijs verissimis, & notatu dignissimus, nec non variis & vtilissimis eiusdem Autoris experimentis.



BVRDIGALÆ,
Apud GILBERTVM VERNOY.
M. DC. XX.
Cum priuilegio Regis.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



GVILLELMVS LOSELLVS Medicinæ doctor & Chirurgus regius Iacobo Losello filio suo apud Bergeracenses rerum capitalium proprætori generali. S.P.O.

NOn te latet (ornatissime fili) nullum esse affectum qui vincat paternũ, quo & quanto te semper sim prosequutus amore. Incredibili gaudio ac lætitia perfundebar & exultabam, cum te summum in hac vrbe magistratum habere & honori sue genere intuebar,

ſed quanta tunc exultabam læ-
titia, tāto mœrore ſitu & ſqua-
lore obſitus, afflictus & profli-
gatus ſum, cum me fratre tuo
tam maturè tamq; inopinaté
orbatum vidi, quippe cum ean-
dem ſcientiam vna profitere-
mur ipſum non ſolum vitæ meæ
ſed etiam nominis dignitatis &
famæ tecum ſuperſtitem velin-
quere peroptabā illud equidē
plane acerbe fero: ſed quicquid
corrigere eſt ne fas, mutari fata
nō poſſunt. Per tot annos qui-
bus aſſiduo labore chirurgię ſi-
nus & intima medicinę pene-
trare enitor & contendo, fruc-
tus (auſpice deo) non medio-
cres percepi: morbos nāq; per-
graues

graues nec non maioribus noſtris ignotos & inauditos arte mea remediiſque & medicamẽtis a me lectis aut inuentis & compoſitis fauſtè fœliciterque curaui & penitus ſanaui. Hinc obſeruationes meas ſcitu & memoratu non indignas accuraté congeſſeram memoriæ potius leuandæ meæ fratriſq; tui ſtudiorum iuuandorum cauſa, quàm vt eas in lucem edere in mente & animo fuerit. ſed poſt fratris tui fata tantum apud me valuit crebra expoſtulatio & ſuaſio tua, vt quicquid eiuſmodi haberem, è manibus meis emittere & in hominun conſpectũ perducere minime diſtu-

lerim. Iamdiu tibi compertum & exploratum est me Henricum magnum Galliæ & Nauarræ regem (piæ ac fœlicis memoriæ) dominum meum caruncula in vesica existente sanasse: & quoniam curatio hæc chirurgicis obseruationibus meis adscripta est, hisce obseruationibus in tanti principis gratiam & honorem primum tribui locum, easq; ob ipsam curationem cuius nomine & splendore cæteræ coruscant & illustrantur Ludouico 13. Henrici defuncti filio nunc regi nostro augustissimo & serenissimo dicandas & consecrandas existimaui. Librum au-

tem meum de morborum internorum & externorum curatione ſub tui nominis auſpicijs edo: quippe cum medicinæ vtilitas Deorum immortalium inuentioni ſit conſecrata, nimirum Apolini & Aeſculapio, & Iuriſprudentia quam tu peritè & ſcitè profiteris ſit rerum diuinarum & humanarum notitia, te harum ſcientiarum nonnulla affinitate & conuenientia, tuaq; dudum in me explorata obſeruantia commotum, pellectum & accenſum, hunc læto vultu accepturum minime dubitaui. Librum illum aliorum more, ſub cuiuſdam illuſtriſſimi principis nomine, vt mihi


numen, tutelaris deus & auxiliator esset non tanto ambitionis & superbiæ fastidio tumidus fui, verum ipsum sub tui nominis splendore prodire satis mihi esse duxi. Si quæ enim (quod absit) inuidiæ in mentes & animos lectorum irrepserint scintillæ, tu (omni adulatione & assẽtatione procul amota) qui ob tuam eximiam virtutem ob tot animi & ingenij dotes, iuris scientiam, eruditionem & morum integritatem quibus præstas & excellis, ad summarum patriæ tuæ culmina dignitatum euectus es, tot fulges honoribus & tanta præstas authoritate, vt te ad

quæ-

quæcumquè obtrectationis & inuidię tela depellenda fortissimum mihi athletam fore non temerè credam. Tu interim (dilectissime Fili) bene vale, Deūq; optimum maximum summis votis oro atq; obsecro, vt te, tuis dudum & bono publico natū, in Nestoris sæcula saluum incolumemq; tueatur.

Bergeraci X. Feb. anno gratiæ
M.DC.XVII.







GVILLELMVS LOSELLVS Medicinę Doctor & Chirurgus regius Lectori. S.

CVM corpus humanum (beneuole Lector) Medicinæ & Chirurgiæ sit subiectũ idque morbis tam internis quam externis subijciatur, affligetur, & infirmetur. Vnius ex his artibus vel scientijs studio incumbere (aliorum more) parum mihi esse duxi, imo vt ad corporis humani valetudinem tuendam aptum idoneum & non inutilem me præberem, vtramque non primoribus (vt aiunt) labris degusta- re

re, ſed & ambarum intima penetrare, pro ingenij mei viribus aßiduè contendi & enixe elaboraui. Et quamuis a multis annis in numerum regis Chirurgorum aſcitus & cooptatus ſim, non ideo minus medicinam quam Chirurgiam omni tempore profeſſus ſum, tantũq; mihi Deus Optim⁹ Maximus fauit vt remedijs partim a me inuentis & cõpoſitis partim è Medicinæ & Chirurgiæ ſummorum doctorũ libris decerptis, nonnullos internos & externos morbos pergraues & deſperatos nec non a medicorum & chirurgorum turba immedicabiles & lethales habitos curauerim & penitus ſanauerim. Quæ per tot annos ſcitu & memoratu

non indigna didiceram aut inueneram ad meum & filij mei vsũ. Nõ vt in lucem prodirent scriptis mandaueram, & penes me habebam. Verum post filij mei obitum Amicorum meorum votis & crebris ex postulationibus obtemperãs Obseruationes meas presertim hũc de morborum internorum & externorum curatione librum in publicum emittere non abnui, non recusaui: idque eo animo vt communi studiosorum vtilitati consulerẽ potius, quam scribendo laudem illustrarem meam. Tu vero (humanissime Lector) hoc quantulumcumque est opus læta fronte accipe, boni æquique consule. Ego quidem si hasce meas lucubrationes tibi

gratas

gratas & utiles fore intellexero, satis præclare mecum actum puto, daboque operam si aliquando huius libri editio iterari debeat, & vita mihi suppetat, ut grauiori adhibita lima nonnulla alia quę a me iam desiderantur, addantur. Vale.



IACOBI LOSELLI APVD BERGERACENSES RERVM CAPITALium Propraetoris generalis in Gvillelmi Loselli patris sui medicinæ doctoris præcellentissimi & chirurgi regij, vrbisque Bergeraci nunc nec non pridem maioris librum chirurgicarum obseruation and de morborũ internorum, & externorum curatione.

Carmen

DOctrina cellebris, nec non virtute, Loselle
Ingenij flores prodis opesque tui
Prodig⁹ es certè pādis cū dogmata tāta,
Quæ tibi tā longo tēpore parta tenes.
Iste liber dudū dign⁹ prodire sub auras,
Cū doceāt doctos hac tua scripta viros.
Addis in hoc varios ponisque volumine morbos,
Quos

Quos multa ĩtactos secla habuere prius:
Quæq; istis prosint me carmina, quæ
tibi dudum
Iuncta theoriæ praxis acuta dedit.
Hisce ac arte tua (tātū tibi fauit Apollo)
Pallentes animas eripis è tumulo.
Hoc opus ergo legat grates referatq; Losello,
Iā phœbi quisquis numina sacra colit.
Est suspecta fides natorū in laude parē-
At tua iā toto cognita fama solo. (tū,
Ars decus artifici, medicis honor exit
ab arte
Præluces arti, docte Loselle, tuæ.
Magna est simplicium virtus, tibi ma-
ior inhæret,
Cuius enim dempta, nulla valeret ope.
Tu præstas medicis, quantum medicina
dolori,
Morbosū medicus, tu medicūq; iuuas.
Quot gradibus superat reliquos Epi-
daurius ingens, (cum-
Ille tibi gradibus tot dabit vltra lo-

Hẽricum regẽ Gallorum è faucibus Orci
Ereptum notum est arte Loselle tua.
Omnibus ille salus Gallis, opifexque per orbem (tera
(*Diceris, ac patriæ non minus ipse pa-*
Sistite multiloqui laudare Machaona tantum, (habet.
Cùm decus in medicis omne Losellus
Gloria iam penetrat spatiosi climata mundi
Magnum & nomen habet, quo super astra volat
Qui pridẽ medicus regis, nunc rex medicorum
Losellus toto dicier orbe solet. (natum,
Care Pater venerãde vale, me diliget
Et tibi perpetuo tẽpore viuat honor.

Aliud

Cum Medicis præstes quotquot sunt orbe Loselle,
Non mirum est maior Cursis in urbe tua.

AD PATREM, LIBRI Auctorem, simul ac eiusdem approbatorem filium.

A Lituum patris dialecto nomina fertis.
At quorsum alituum nomina, parca dedit?
An quia virtute & meritis vos nubila vidit?
Scansuros, qua fert sydera ad alta via.
Dotibus hûc Themidos, dicundo ac iure, sed illum
Pæonia clarum praxeque & arte simul.
Tum vero insignes prorsus virtutibus ambos
Queisque solet ciuis queisque vir esse bonus.
Vt nil sit mirum si authore hoc alite, & illo
Authore in lucem proditus, hi cce, liber,
Alite, si liber, hoc gemino subuectus in ora
Docta virum penetret, fama & in astra volet.

AD LIBRI AVTHOREM de libro.

V Iuus quotidie multos è faucibus Orci
Illa ignota alijs eripis arte tua.
Ac nunc quo prodesse uales mortalibus ægris
Inuidisse aliquid ne videare boni,
Post tua fata (agitat sic te mens enthea) multos
Eiusdem ereptum is insuper artis ope.
Nempe mori immeritus tua post vt funera uiuus
Orbe ferare omni data per ora virûm:
Vtque olim Medici quam rari gloria ciuis
Æternum superet tam tibi fama boni.

AD LECTOREM de Libro,

NOn tã quæ ratio inuenit, quam dia probauit
  Quæ praxis, medica si tibi in arte placent,
En cape gran læruus quæ dat monuméta Losellus,
  Praxeors illustris pignora certa suæ
Cum plebe experti procere, personaque læto
  Successu experta est Regia sæpe sacra.
Victura in genium si verum est poscere scripta,
  Vindice quo annorum spernere damna queant,
HENRICI at Regis maner viuacibus istis
  Pro genio chartis, iure Losellus habet.

AD LECTOREM DE Authore libri.

ARte ignota hodie medicatus vuluera quod sit
  Obscuris Chiron semiuis ille viris,
Inde homines celebrant chironia uulnera fando,
  Inde Iouis ex chiron singitur ipse satus,
At granius Reges ægros satrapasque Losellus
  Diuina eripuit commodus arte sua.
Arsque salutaris quò tibi suppettat orbi,
  Victuro in medium nunc iubetire libro.
Non Ionis at phæbi sit filius ergo Losellus,
  Asclapii reducé mentem animumque gerens.
Vuluera, nec post hac chironia fama, loquatur:
  Fama Losellæis crebrior esto malis.

IOAN. PETRÆIVS.

AD.D.

AD D. D. LOSELLVM Medicum celeberrimũ Chirurgumque regium.

PHillyride genitos, comites sibi iunxit Atrides,
Cum peteret priami, tecta superba, senis.
Galicus atrides comitem sibi iunxit, Oselle,
Te sibi, cum peteret debita sceptra patrum.
Tempora triuisti celebris sic prima iuuentæ,
Arte machaonia, cana senecta cluet.
Vixisti multos, & multis vtilis, annos,
Iamque salutiferam porrigis arte manum.
Vsus quæ dederat tibi, & experientia rerum,
Das eadem à serâ posteritate legi.
Scilicet is vitâ dignus, qui viuere gestit
vtilis ante obitum, post fineresque manet

R. LAVNAEVS
Scotobrit.

IN C. V. D. D. GVILIELMI Loselli in re medica exercitatissimi de morborum internorum & externorum curatione libellum carmen.

QVi quõdam crepero, truciq; marte
Hostiles dederat neci cruentæ

Turmas, Enceladosque humi feroces
Victor strauerat, hunc ouante rheda
Pennata abripiens Virago, tandem
Amabat rutilo locare Olympo:
Verùm queis rogo, laudibus (Loselle
Nostri gloria prima, honosque saecli)
Te nunc excipiam, tibique honores
Quae laurus meritos valebit vsquam
Referre (Iatricae decus coronae)
Quippe imis toties tuae micanti,
Et claro iubare eruditionis
Fixos visceribus, sitosque ad extra
Omnes eminus vsque & vsque morbos
Fugasti, exoriens nouus Machaon
Egistique procul (Loselle) nondum
Lustris quattuor aedepol peractis
Nec pingente tibi genas tenella
Tunc lanugine: qui fit vt per omnes
Huiusce imperij sua volante
Fama vrbes celebri, subinde noster
Tunc te accirier imperet Monarcha
Heu fato occubuns feroce Magnus
Henricus, medicam cui repente

Foelici alite dexteram, manumque
Breui audax adhibes, suumque Cæsar
Te summus merito colens honore
Creat propterea Iatro Chirurgum
Quo tu nomine, nomini perenne
Tuo consequeris (verende) nomen,
Neque idcirco modo otiaris armis
Ad postes Epidaurij refixis:
Sed quos iunior ante depuliste
Quos iam iamque senex agensq; lustra
Bis septens, agis eminus rebelles
(Pæon inclyste) sanitatis hostes,
Nunc aduersus eos, tuo hoc libello
Docto Iuppiter, arma acuta nobis
Venturisque nepotibus ministras:
Quo cires occaciduus, cadēsus nusquam
Fies hesperus, at iubar coruscum
Et Phœbus radians micabis omnes
Inter Pæonas vsque, tamdiuque
Sublimi feries vertice astra, donec
Ruet lucinomo dies ab Axe.

ALIVD EIVSDEM

COus, pergamens Crato, Apollo, Asclepius, Hermes,
Tres hoc orbe viri, tres supero orbe dei
Non solum terra te suscepere cadentem,
Sed genuere virum sed genuere deum [nis
Traditur vnde tibi Κράτος in scribēdo crato
Et mens Pergamei, iudiciumque senis
Hermisue ingeniũ, Asclepique profunda medendi
Cognitio, Phœbi gloria, fama, decus,
Te genuere inquam, vel tu illos (Docte Losellc)
Tres hoc orbe viros, tres supero orbe deos.

ALIVD EIVSDEM

EXtra, instusue sitos quisquis de corpore morbos
Pellere iucundè, tutò citòue cupis
Sedulus hunc verses noctesque, diesque libellum
Nobile Apollinei martis, & artis opus
Hoc duce quippe graues extīguere corporis æstus,
Telephiisque malis febre valebit opem,
Sic medicas hic pandit opes, sic dîa libellus
Pharmaca longo vsu quippe probata refert,
Quare si hæc contrà iam ringis pharmaca mome
Quod factus non est posthumus iste, scias
Huius enim pater est LAVSELLVS qui tibi dicet
Despiciens sannæ spicula dira grauis
Hens tu qui semper quæ non capis inuide, carpis
Mome aut non bonus es, vel meliora dato.

PETRVS DESPLAS
Brageracensis Medicinæ Doctor.

A D

AD DOMINVM LOYSELLVM MEDICInæ Doctorem & Chirurgum regium, vrbisque Bergeraci nunc maiorem. EPIGRAMMA.

SEnserunt dudum sua iura labascere parcæ
Te triplicem clamant detinuisse colum,
Vera canunt: nam galeni dum pocula fundis
Plena mero, miram tunc capit æger opem
Tum ferus hostis abit toto de corpore morbus:
Tunc vestis niueas purpura prima genas.
Fœlix Loysellus (tantum cui fauit Apollo,)
Esset phoebea nequis in arte prior
Vt rapis horendis alios de faucibus orci,
Sic tua producant stamina fata diu.

I. PEYRAREDEVS.

A MONSIEVR LOYSEAV DOCTEVR EN medecine Conseiller du Roy & son Chirurgien ordinaire & Maire de Bergerac. Sonnet.

QVel oyseau vois ie icy? laigle seroit ce pas
Qu'vn tres grand Roy cherist & le prise & l'honore
Ou loyseau tant vanté des peuples de l'Aurore
Qui renaist de sa cendre & vit par son trespas.
Seroit ce l'Alcion, qu'en ses plus fiers combats
Et lors que plus ondeuz soy mesme en soy deuore,
D'vn si craintif deuoir tout l'Ocean adore.
Qu'au seul voir de son nid sa fureur il met bas?
Aigle il est & Phœnix & Alcyon ensemble,
Et de tous trois en vn les vertus il assemble.
Comme Aigle, il est Royal & clair-voyant oyseau,
Comme Alcyon il calme & rappaise lorage,
Qui de cent & cent maux nostre santé rauage.
Son los comme Phœnix naistra de son tombeau.


Par son treshumble seruiteur CAEROS.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy, il est permis a GILBERT VERNOY, Marchant Libraire & Imprimeur de la ville de Bourdeaux, d'Imprimer ou faire Imprimer tant de fois & en tel volume & charactere qu'il verra bon estre, vn liure intitulé, OBSERVATIONS MEDICINALES & CHIRVRGICALES, auec Histoires, pays, noms saisõs & tesmoignages. Et vn Traicté de INTERNOR. & EXTERNOR. MORBOR. CVRAT. Libelus Par M. G. LOYSEAV, Medecin & Chirurgien Ordinaire du Roy, pour le temps & espace de six ans entiers à compter du iour que lesdicts liures serõt acheués d'Imprimer, & faict defences ledict Seigneur à tous Libraires & Imprimeurs de ce Royaume, & tous autres estrãgers traffiquãs en iceluy pays, & terre de son obeissance & seigneurie & à toutes autres personnes quelcõques de les Imprimer, ou faire imprimer, vendre, ny debiter, contrefaire, ny alterer, en quelque maniere que ce soit, & de n'en vendre d'autre impression que de ceux dudit VERNOY, á peine d'amende arbitraire & confiscatiõ des exemplaires, & de tous despens dommages & interests dudict VERNOY: outre veut ledict Seigneur, que mettant l'Extraict dudit Priuilege au commencemẽt ou à la fin de chascun desdicts exemplaires, que cela ait forme de signification, tout ainsi que si l'original auoir particulierement esté moustré à vn chascũ, comme il est plus emplemẽt declaré par ses lettres patentes données à Paris le 2 iour de Nouembre, 1616. Sellées du grand seel de la Chancelerie, & signées.

RENOVARD

INDEX CAPITVM PRAXEOS



INDEX IN APPENDICIS

FINIS



G. LOSELLI MEDICI & Chirurgi Regij, de Internorum Externorumquè ferme omnium affectũ Curatione Libellus. Cum Historijs verissimis & notatu dignissimis nec non varijs & vtilissimis, eiusdem autoris experimentis.

CAPVT I.

DE TINEA VVLGO DICTA

INTERNORVM externorumquè morborum curationem tractaturo mihi, a sublimiorj, siue superiorj corporis humanj parte exordiendum visum fuit: ipsi-

usque affectus ea methodo curandos, vt ab ijs qui exteriores ipsius partes, & præcipuè cutim occupant exordium ducatur: è quorum cēsu Tinea vulgo dicta nobis primum multis nominibus occurrit.

Est igitur Tinea scabies capitis, cum squammis, & crustis, pilorumq; euulsione, colorè cineritio, odore fœtido, cuius causæ sunt humores corruptj, aliquando a prima humorum conformatione geniti, nempè ab vtero, aliquando a Lue venerea, aliquando a praui succi vsu cum voracitate. Sed a quacumquè causa fiat, vitium esse in massa sāguinaria credēdū est.

CVRATIO

EIus igitur curatio a sanguinis missione exordiēda est, sed aluus emolliatur prius enematè communj: mittatur autē sangui .è iecoraria pro virium ratione & sanguinis vitio. Deinde purgetur pilulis sequentibus.

Acc. mass. pil. fœtid., id. & de fumar. ana. scrup. j. trochsc. alhand. gr. iiij. malaxentur cum syr. de stoech: formentur pil., quas capiat cum custod. & regiminè.

Tonsis & abrasis pilis, admoueatur capiti vniuerso emplastrum ex diachylonè magno, vel ex picé nauali, amouendum secundo aut tertio die tantum:

idquè vno impetu vt ſimul & ſemel pili euellantur. Deinde.

Acc. floris æris, picis naual., farinæ ſecal., an partes æquales, incorporentur cum vrina pueri, fiat empl., capiti poſt præcedentis amotionem admouendum, tertio aut quarto quoquè die renouandum.

Huius empl., debitæ victus rationis, & iteratæ purgationis vſu breui curabitur.

Poſt vſum præſcriptorum remediorum, quindecim diebus continuis, vtiliſſimum erit fricare tineam cuticula laridi porcj ſemicocta ex parte pingui bis in die.

Siſymbrium aquaticum cum axungia ſuilla frictum, bis in

die adhibitum, curat tineam ſed prius cruſtæ cum pilis, nouacula radantur, etiamſi ſãguis fluat, caputq; ſtatim a raſione foucatur lixiuio cui incoxerit radices altheæ, lapathi acuti & aceroſæ cum pauco aceto.

ALIVD REMEDIVM

Acc. ſucc. cucum. agreſt. q. v. bulliat cum oleo communj, addendo euphorb. laridi porci an. parũ: fiat vng. quo vnguatur tinea bis in die, tonſis aut raſis prius pilis.

VEL

Acc. ſtyr. liq. ol. roſ., ol. laur. an. vnc j ceruſæ drach. v. ſalis comm. pulu. drach. ij ouorum album. ij ſucci limon. vnc. ij aq. roſ. vnc. j. s. miſc. fiat linim.

quo illinatur tinea bis aut ter ī die abrasis prius pilis.

ALIVD

Acc. camph. vnc. ij, sulph. citr. vnc j, s. lardi porci nō rācidi lib. j. s. incorporentur simul & bulliāt in vase terreo vitreato ad perfectā coctionē: hoc unguento vnguatur caput deraso prius capillitio, donec melius habeat laborās.
Dein abluatur lixiuio sequenti.

Acc. vrinæ & salis comm. an. q. s. dißoluantur simul ad vsum prædictum. VEL

Acc salu., rut. rorism. tapsi barb. an. cum lixinio dulci coquantur ad cap. ablutionem vt supra. VEL

Acc. stipitum caulium combustorum & in cinerem redactorum q. s. cum

ſ. cum aqua comm. fiat lixiuium ad vſum ſuprad.

Caſum capillorum reparabis, nouamquè ipſorum generationem procurabis, remedijs ſequentibus.

Acc. reſinæ pinj q. s. pulueretur & per retortam deſtilletur jgne lento oleum extincto jgne frangatur vas in cuius fundo iuuenies caput mortuum nigerrimum: Puluerati lib. j. ceræ vnc. j. olei ex præd. reſina deſtill. vnc. iiij. apum vel muſcarum combuſt. vnc. ſ. miſceātur, lentoquè jgne coquantur ad conſiſtentiam empl., quod admoueatur vniuerſo capiti renoueturquè ſecundo quoquè die.

In eundem finem ſuperiori vi-

ce caput vngatur oleo Philoſoph.compoſito ex cera & Therebinthina. calidè in ingreſſu lectj. VEL

Acc. fol. Buxi piſta & in oleo ſem.lini per aliquot dies infuſa q. v. Diſtilentur: exibit aqua & oleum, oleo ſtillato ſi illinatur pars depilata, rurſum pili naſcentur, nec deinceps deciſuri.

AD IDEM

Prægreſſa purgatione vniuerſali, abluatur pars depilata, oleo tartari calidiuſculo manè & veſperi. dein.

Acc. Ol. tart, pulu. vel cineris apum, cineris ſarment. an. q. ſ. Bulliãt parum vngatur hac mixtura pars depilata,

Fre-

Frequens & aſſidua frictio, & ablutio ex dec octo adianhti, Polytrichi & abrotani multiplicat capillos.

Cinis verrucarum quæ reperiuntur in interna partè tibiarum anteriorum aſini, cum oleo veteri mixtus, & parti depilatæ inunctus bis in die, eſt præſtantiſſimũ pilis regenerandis remedium.

Cinis hirundinũ, axungiæ porci, vel oleo veteri miſtus, partiq;, depilatæ illitus, optimum eſt Pſilotrum impediens ne pili euulſi renaſcantur.

Idem præſtat ſtercus cati aceto mixtum.

DE HEMICRANIA
CAP. II

HEMICRANIA est dolor dimidiam capitis partem, nunc dextram, nunc finiftram occupans, per periodos & interualla recurrens, quibufdam extra caluariam, quibufdã in profundo capitis, nonnullis iuxta temporum mufculos, infignes mouens cruciatus.

Huius doloris caufa funt, vapores humores calidi vel frigidi, per venas aut arterias, vel per vtrafq; a fubditis partibus ad dolentem partem delati, perfæpe horum vaporum fomes & minera funt humores corrupti, in ventriculo contenti.

CVRATIO.

SI dolor fiat a ſanguinè copioſo, & calidiſſimo, Iniecto prius & reiecto cliſtere communi, aperiatur vena temporalis, è regione partis dolẽtis, mittaturq; ſanguis ad vnc. iiij. aut plus, pro ratione plethoræ: eſt enim remediũ præſentiſſimum, mihique ſæpius expertum.

Ratione Cacochymiæ, ſi dolor a ſanguine miſſo perſeueret, fœlici ſucceſſu vniuerſũ corpus purgabitur pilulis ſequentibus.

Acc. Maſſ. pil. aur. ſcr. ij. pil. ſine quib. ſcr. j. cum ſyr. roſ. ſol. fiant pil. deglutiendæ poſtridie à ſang. miſſ. cum cuſt. & regim.

Si dolor vehemẽs & intolerabilis vrgeat, ſiue ante ſiue poſt

prædicta remedia, sedabitur sequentibus remedijs.

Cataplasma anodynum expertũ, *Acc. croci, Myrrhæ, spicæ, rad. Alth. pulu. an., drach. j. Opij Theb. drach. ſ. cum ol. roſ. paretur Catapl. quod calidum admoueatur loco dolētj, & ſedato dolore, illico amoueatur*. Frontale ad idē exp. *Acc. lactis capr. lib. ſ. Diſſ. Opij drach. vnã, immerge huic liquorj calenti lintea duplicata quæ ipſo imbuta & parum expreſſa, fronti & temporibus admoueantur.*

Vnguentum ad idem *Acc. vng. de Albaſtro vnc. ſ. Opij ſcrup. ſ. Miſcè & vnguatur locus dolens tipidè.*

Vnguentum de Albaſtro deſ-

cribit Nicol. Mirepſ. lib. de vnguentis, quod ego ſæpe cũ præſentiſſimo, fœliciſſimoque ſucceſſu ſum expertus.

Hæc Anodyna non niſi prægreſſis vniuerſalibus debẽt vſurparj: quod ſi dolorisatrocitas ipſorũ vſũ primo ſuadeat, ſtatim a dolore placato, ipſis remotis, alterutrum magnorum remediorũ, quod a cauſæ dolorificæ natura fuerit ĩdicatũ, celebrari debet

DE CEPHALALGIA.
CAP. III

CEPHALALGIÆ cauſæ vel procatarticæ ſunt & externæ, vel internæ. Externæ vulnus aut contuſio: Internæ hu-

mores frigidi, vel calidi, vaporesue, seu in capite geniti & coaceruati congestiq; seu ad ipsum aliunde transmissi, delatique, vel deniq; quod tamẽ rarum est, vermes aut alia animalcula in ipso capite genita.

CVRATIO

Contingit sæpe hic affectus Simpathice, vaporibus a ventriculo sursum elatis cui sic occurres.

Acc. fol., Malu. vtr. cũ rad, violariæ, pariet., mercur., siclæ an. m. j. pulp. coloch. drach. j. polyp. querc. cont., agar. albi, an vnc. ʃ. sem. anisi, rutæ. an. drach. j. flor. chamæm. melil. anethi, an. P. j. coquantur in aquæ q. s. de colat. cape

pe lib. j. in qua diss. hier. picr gal. & bened. lax. an. drach. vj. mell. merc. & anthos. an vnc. ſ. ol. cham. vnc. iij. fiat Clist. inijciatur hora debita.

Reiecto clist. (si adsit pletora) mitatur sang. è mediana regionis capitis dolentioris.

Postridie a sang. miss., siquidem eius vsum plethora suaserit, purgetur ex drach. j. vel ij. (pro virium ratione) pulueris, seq. liquore conueniẽti vel iusculo dissol.

Puluis catharticus egregius *Acc. hermodact. mũd., turbith., diacrid. an. drach. j. puluerent, adde pulu. amisi & cinam: an. scrup. ſ. salis Tartari scrup. j. sacch. ad pon-*

dus omnium fiat puluis. VEL

Acc. Extracti helleb. nigr. gr. vj aut x, (si vires ad sint) misce cum pil. Cocc. sine quib. vel de agar.

Præstitis generalibus remedijs, particularia quæ sequuntur erunt ex vsu.

All. pulu. vitri, & vitrioli rom. an. partes æquales incorporentur cum succo limon. ad consist. vng. postea misceantur cum conserua ros. fiat massa, ex qua formentur pil. molis debitæ vt naribus indi possint: harum vna nari partis seu regionis capitis quæ magis dolebit inseratur retineaturq; donec multo expurgato seroso humore dolor sedetur.

Acc. rad cucum agr. rec. q. s. pistetur

tur & cataplaſmatis modo dolori ad hibeatur, & bis indie renouetur.

VEL.

Acc. Benioini q. ſ. pulueretur & cum aceto roſ. incorporetur, & cataplaſmatis modo temporibus applicetur.

Prædictis vtendum ſi dolor pendeat à cauſa frigida: quod ſi vaporis, humori ſue calidiſoboles ſit, pregreſſa conuenēti purgatione.

Acc. aqu. roſ. rubr, ſēperuiui, burſ. paſt. ſolani an. vnc. iij croci drach. ſ. miſce fiat Epithema quo foueatur dolor tepide.

His peractis doloreque placato, tum ad reliquias humoris ſi quæ ſint detrahendas tum

ad noui doloris recursum præcauendum, sensim & blande corpus expurgari poterit remedijs seq.

Acc. pulu. sennæ solutiui vnc. ʃ. infundatur per noctem in q. s. iuris pisorũ pro iiij. dosibus in melãcholici humoris dominio.

Acc fol. senn. mund. vnc. ʃ., agar. troch. drach. ij fol. arthem. m. j. zinz. drach. j. ʃ. misce bulliant vnica ebull. ĩ seri lact. capr. lib. ij. postea macerentur per noctẽ, sumat vnc. v. mane horis duabus ante prand. & tantundem ante coenam pituita redundante.

Acc. bened lax. scrup. j. vini vnc. j. misci sumat. si bilis sit in vitio.

DE

DE EPILEPSIÆ CAP. IIII.



PILEPSIA est vniuersarũ corporis partium conuulsio, non perpetua sed ex temporum interuallis recurrens, cum mentis & sensuum læsione: estquè vel primaria seu idiopathica, vel per consensum seu sympathica, quæ fit vel Cerebro ventriculi læsioni alicui insigni compatiente, vel communicatà ab aliquà subditarum capiti partium determinatà parte, materia aliquà, tetrà, & venenatà, cerebroq; infensà per modum auræ seu vaporis, quæ pro-

prio & primario cerebri affectu ſit, a frigido craſſoq; humore pituitoſo vel melācholico ventriculos cerebri pené obſtruente, ac ſpiritui animali exitum præcludente pende :ad cuius excluſionem, excuſſionemque, inſurgēs Cerebrum, ſeipſum quatit, motuſq; ſingularum corporis partiū deprauati cauſa eſt. Huic affectuj maximè obnoxij ſunt pueri, tum idiopatico quia præ ceteris humidiori ſunt cerebro, tum Sympathico propter vermes, interiorem ventriculi tunicam pungentes & vellicantes.

CVRATIO

PRo Curatione tanti affectus præſcribenda præcipuè eſt

uictus

victus rario conueniens, ac primum vini abstinentia omnimoda, cuius vicè cõmodus erit hydromelitis vsus. Fugiẽda itẽ edulia nia crassi succi, difficilis concoctionis, & vaporosa: Vitet itaq; vsum piscium, leguminum, casei, & lacticiniorum omnium.

Purgetur humor peccans pilulis, cephalicis potissimum, nempè coccijs, siue quibus, de agarico, & foetidis.

Præmissa purgationè vniuersali vtatur remedijs sequentibus.

Acc. hysopi, marrub. & castor. puluerat., an. drach. ß. rad. pæon. pulu. drach. ij. assæ foet serup. j. miscè cum succo hyss. fiat massa. ex cuius drach. j. formentur pil. sex. sumat

a m

vnam vesperi circa horam somni, quindecim diebus continuis. VEL *Acc. Cons. flor. Pæō., vnc. ij. Cranij humani quod nō tetigerit terrā & calcinati, drach. ij. visci querc., pulu., drach. j. Misce fiat opiata, de qua sumat quotidiè manè instar auellanæ, horis tribus antè prand. & tantundē vesperi lōgè a coena.*

Vtilissimum erit in Nouilunio sumere drach. ij diluti nostri, horis quinque ante prandium, vel illius loco Turbith minerale, aurum diaphoreticum, vel aquilam Paracelsi ad gr. iiij. idque cum theriaca in formam boli, & multo vtilius etiam singulis lunæ quadris. Temporè autem intermedio vtendum erit reme-

dijs

dijs iam præſcriptis.

Extractum hellebori nigri purpureos flores ferentis, a gr. vj. ad gr. x. cum pilulis conuenientibus ſemel in menſe ſumptũ epilepſiam ſanat obſeruata debita victus ratione

Radix Pæoniæ collo ſupenſa & regioni cordis ſupergeſtata non parum prodeſt, dummodo a vino & coitu abſtineat laborans.

Affigatur cauſticum occipitio, vel ceruici, inter ſecundã & tertiam vertebram, vlcuſque diu maneat apertum,

Fæcula bryoniæ, ex arte parata ad drach. j, ſumpta cum aqua vel conſerua florum pæoniæ aliquot diebus, minuit epilepſiam

&aliquando curat, si per anuum sumatur.

Si pueri hoc morbo corripiantur, videndum est an vermibus sint obnoxij, eosue per os, ant podicem aliquando deiecerint: vermes enim in pue ulis pariunt epilepsiā per consensum, & tunc curatio uermium, epilepsiæ est præcipium re medium: quod ego sæpe expertus sum.

Aqua cerasorum nigr. confert huic affectui si sumatur ante, uel post uel in paroxismo.

AD RVBRAS FACIEI maculas ab ortu contractas quas vulgus vinosas vocant

CAP. V

AD delendas huiusmodi maculas, sequens remedium est omnium præstantissimum, mihique sępius foelici successu expertum.

Acc. Gumm. ammon. in aceto forti per duos dies macerati q. s. acetum separatur per inclinationem lentoque igne liquefiat, vt a fæcibus purgetur: deinde ad consistētiam empl. coquatur eademque massa emplastretur pars maculata, multis diebus donec incipiat dealbari. postea tangatur & tingatur sanguine menstruo tribus aut quatuor diebus mane & vesperi, qui-

bus peractis applicetur pannus lineus aqua ſalis nitri imbutus modo inferius dicendo. Aqua ſalis nitri ſic fit.

Acc. ſalis nitri purif. M. j. diſſoluatur in lib. ij. aquæ fontis deinde filtretur, hac aqua intingantur panni linei.qui.applicentur faciei maculatæ, introitu lecti vſque ad exſicationem tunc iteretur, idque ter aut quater repetatur.

His remedijs plures curaui & inter alias filiolam illuſtriſſimi in Burdigalenſi ſuprema curia Præſidis D. D. de la Lane. Cuius media frons huiuſmodi macula ad formam litteræ V. ad naſi radicem inter ſupercilia deſinenté fœdabatur, quæ perfecte ſanata tan-

tandem circa decimum octauum ætatis suæ annum viro nupsit.

DE RVBEDINE FA-ciei cum leui Vlceratione.

CAP. VI

IN primis si adsit plethora, sãguis mittatur è basilica dextra, pro virium ratione & exuperantia, vitioque sanguinis, emollita prius aluo per clysterem communem: deinde instituenda purgatio, ex potione cathartica humori peccanti educendo accommodata, cuius decoctioni addentur hepatica simplicia,.

His præmissis, facies fouebitur

aquà salis nitri, cap. præcedenti de
scripta, eodemq; modo, idq; per
spatium quinque aut sex dierum:
quibus peractis fotus vice, per to-
tidem dies facies eunti cubitum
inungenda erit butyro rec. aqua
ros. ter loto, addendo singulis vnc.
ipsius, drach. j. sulph. viui in ten-
uissimum puluerem redacti. VEL

*Acc. fol. persici, & salicis, an. par-
tes æqu. distill. in baln. mar., aqua
stillat. lauetur facies, mane, & ves-
peri, & per se exsiccetur.* VEL

Pomata optima, paratuque fa-
cill. *Acc. succ. limon. & album. ouo-
rum an. partes æqu. misce, & agita
simul fortiter, deinde coquantur lēto
igne donec inspissentur ad consisten-
tiam pomatę qua vnguatur facies
vesperi*

vesperi. VEL

Acc. succ. limon. unc. ij. boracis drach. j. misce, & abluantur partes affectæ vesperi.

DE GVTTA ROSACEA.

CAP. VII.

GVTTA ROSACEA est affectus faciei, ipsam rubudine maculosa foedãs cum inæqualitate quadam pustulisq;, aliquando circa frontem, malas, nasumque, plus minusue prominentibus, quarum præcipua causa est sanguis feruidus, & plus iusto incalescens, a visceribus sanguificationi destinatis talem

adeptus qualitatem, & in ſupradicta loca, ob naturam illorum ad ſuſcipendum idoneã, facile repens. Diuturnum & peruicax malum iisque maxime familiare qui meracioris potui frequentius indulgent, vel quibus ſolẽnis aliqua ſanguinis euacuatio, per hæmorrhoidas præcipue, aut vterum, eſt ſuppreſſa: debita tamẽ remediorum vſurpatione curabilis.

CVRATIO

A quacumque cauſa originẽ habeat, emollienda imprimis eſt aluus (ſi ipſa pigra ſit) deinmittendus ſanguis, è cubiti mediana ſi totum corpus, ob viſcerum naturalium calidiorem intem-

intemperiem in vitio ſit: ſaphenæ vero, ſi menſium, vel hæmorrhoidum purgatio ſolita ſit ſuppreſſa, dein humor peccans purgetur rheo, in aqua, vel decocto cichor., cum ſua ſpica macerato, & expreſſo, addendo elect. de ſucco roſ. drach. j. cathol. drach. iij. ſyrupi roſ. ſol. vnc. j.

His generalibus remedijs præ-græſſis, inſtituenda & obſeruāda eſt victus ratio cōueniens, refrigerans nempe, & viſcerum ardorem temperans, abſtinendūque a vino meraciore edulijſque ſalſis & piperatis: interim vtendū erit ſequentibus remedijs vtiliſſimis & expertis.

Acc. ſulph. viui, ſalis nitri,

alum. rupei crudi, ſalis gemm. an. partes æquales, pulueréntur ſubtiliſſ. & ſimul miſceantur: hæc mixtura includatur varijs nodulis, quorum ſingulorum moles non excedat nucem auellanam: horum vnus quolibet veſperi maceretur parum in vrina pueri, quo prædicta vrina imbuto, lauetur, & leuiter fricetur quælibet extuberantia ſeu puſtula faciei, facies deinde per ſe exſiccetur, & exſiccata vnguatur vnguento ſeq.

Acc. butyri rec. aqua roſ. pluries loti vnc. j. ſulph. viui pulu. drach. j. s, farinæ lupin. drach. j miſce fiat linimentum.

Ad idem plurimun conferet, vſus pomatæ ex album. ou. & ſucco

succo limon. cap. præced. descripta.

DE POLYPO ET Ozæna.

CAP. VIII.

POLYPVS est tumor præter naturam, in naribus genitus, mollis, fungosus, internæ nasi tunicæ alligatus & inhærens, intra narem aliquando latitans, aliquando extra ipsam ad labra propendẽs, aliquando ad palatum & os per illud foramẽ quo inspiratus per nares aer ad os defertur descendens. Huius color modo subalbidus, modo rubeus, modo liuidus, ab humore melancholico nõ adusto genitus. Ab huiusmo-

di tumoribus ſi vtramque narē occupent, vel ſi ad os delati adeo increſcant vt aeris per aſperam arteriam ad pulmones ingreſſum præpediant, non leue impendet laboranti ſuffocationis periculum, perſępe narium graueolentiā inducit, obſtructis oſſis ethmoeidis canaliculis, in quibus mucoſa cerebri excrementa diutius retenta putreſcunt foetidūque contrahunt odorem.

Si Polypum exulcerari contingat intra nares, Ozæna ſubſequitur, quę nihil aliud eſt quam putidum & foetidum nariū vlcus.

CVRATIO

HVius affectus incremento per initia quantum fieri poteſt

test, obsisti debet: iam facto vero, auctoquè & confirmato, siuè is vlceratus sit siuè non, ablatio & extirpatio debetur si ipsius radix seu pedũculus comprehendi possit instrumento conuenienti: hãc autem extirpationem eradicationemquè præcederè debent, debita victus ratio, sanguinis missio. & purgatio vniuersalis, nec non particularia remedia cerebro exsiccando & corroborando accõmodata.

His ita institutis, polypoquè euulso, topicis abstergentibus, sub forma liquida solidauè vsurpatis locus est, e quorum censu sequẽtia nobis foelici successu plerumquè fuerè experta.

Acc. radices dracunculi, ari, vel serpentariæ maioris, harum alterutra pistetur, succus extrahatur, qui naribus inijciatur, vel (quod multo commodius futurum est) turunda ex panno lineo concinnata eodẽ succo imbuta, aut deniquè éiusdem radicis frustulum in id apparatum nari indatur, vlcus ab extirpationè relictum contingens.

Huiusmodi solida remedia, per diem, inregrũ, vel noctem gestanda, & diebus aliquot iteranda, & breui mirandus eorum succedet effectus.

ALIVD

Acc. granat. dulc., & acetosorũ ana. partes æqu. contundantur cum corticibus, succus extrahatur, &

deco-

decoquatur ad mellis liquidi consistentiam: huic succo misce cortices, grana, & pulpam prædictorũ granatorum trita: hac omnia tamdiu simul agitentur donec fiat pasta, ex qua fiant turundæ seu tentæ, nari laboranti immitendæ, succo præd. prius illitæ, manè & vesperi. Operantur sine dolore. VEL

Acc. mass. empl. de mucilag. unc. ß., pulu. sabinæ drach. ij. malax & incorporentur simul, ex hac massa fiant cereoli debitæ molis in narem ægram immitendi ut supra.

DE DOLORE DENTIVM CAP. IX.

PVRGETVR antè õnia humor peccans, pilulis accommodatis quas hic recẽſere superuacaneum duco: dein ſi ab humorè frigido fiat dolor.

Acc. rad. pyreth. zinz., granorũ parad., piper., caryoph. an. drac. j. miſcè, puluerentur ſubtil., diluatur hic puluis & incorporetur aceto acerrimo, ad conſiſtentiam opiatæ, quà vrgentè dolorè & prægreſſa purgationè vnguantur dentes & gingiuæ, pronoquè capitè & aperto orè pituita magna copia effluet, dolorq; ſedabitur.

Si humor calidus in vitio ſit, purgationè conuenienti celebrata, ſiuè ex pilulis cholagogis, ſiuè ex

ex infuſo rhei.

Acc. rad. hyoſcyami minutim conciſæ q. s. bulliat in aceto roſ. acerrimo, quo quantum ſuſtineri poterit calido impleatur os, diuquè retineatur, iteretur què quantum neceſſũ fuerit.

Idem præſtat ſuffumigium ex ſem. hyoſc. per inſundibulum.

Granum vnum opij denti impoſitum ſedat dolorem.

Sedando dentium dolori a quacumquè cauſa is pendeat, maximè confert, mihiq; multiplici experientia cõprobatum eſt oleũ ſequens, quod præmiſſa purgationè eſt vſurpandum.

OLEVM ODONTALGICVM

Acc. Olei caryophyllorum rectif.

vnc. s. dissolue campb. drach. s. dein adde spiritus thereb. vnc. s. huius olei guttæ vni, aut alteri, intingatur modicum bombacis. denti eroso & cauo immitendum.

AD IDEM

Acc. fol. serpilli, origani, salu, mẽtast., persicar. macul., omnium siccorum, ras. ligni sancti, & ras. tamarisci & buxi an. M. j. affunde spiritum vini opiaticum a laudani paracelsi confectione residuum vt materiam prædictam tres digitos supernatet, stent in calore temperato vitro optime obturato donec prædictus spiritus tingatur: cuius spiritus tincti, & prædictorum simplicium viribus impregnati, tantillum in ore contineatur partem dolentem attin-

attingens & humectãs, dein expuatur, & repetatur quoties opus fuerit.

Prædicto ſpiritu imbutum goſſipium, denti cauo non inefficaciter etiam immittetur.

Folia mille folij maſticata, ſedãt dolorem, ſanguinem è naribus fluentem ſiſtunt, ipſorumque aqua prodeſt vlceribus.

Dolori dentium a quocumque pendeat humore, tum ipſius fluxum ſiſtendo, tum doloris ſenſũ demulcendo, maxime cõfert empl. ſequens, ſtatim a purgatione temporibus è directo dentis dolentis admouendum.

Acc. ladaui puri unc. ſ. maſtich. unc. ſang. drac. drach. ij. boli.

arm. drach. j. opij ſcrup. j. ceræ. reſinæ, thereb. an. parum fiat maſſa ex qua formentur emplaſtra debitæ magnitudinis ad vſum prædictũ.

Contumaciori & vrgentiori dolori, frequens remedium eſt dentis dolentis euulſio, cuius inſtrumenta ferrea & machinas cũ permulti abhorreant acceptiſſimum eſſet remedium quo abſquè dolorè dens auelli poſſit: quod licet certum non ſit, mihi tamen ad id experta eſt, capſula ex gũmi mori arboris denti adhibita.

Ad idem confert, ſi dens eroſus attingatur bombace imbuto aqua ſtillat. ex ſalè ammon., vel aqua regali deſcripta in capricio medicinali Leonardi Friorauanti.

DE

DE EPVLIDE ET PARVLIDE CAP. X.

EPulis est hypersarcosis siuè excrescẽtia carnea gingiuarũ, quæ paulatĩ crescit & aliquãdo augetur ad oui magnitudinẽ, sẽper cum inflammationè, non raro in cancrum degenerãns. Quod mihi aliquando viderè contigit in nobili & generosa mulierè D. de Longa in qua huiusmodi tumor in orè, vlceratus, in cancrũ fœtidum degenerauerat: cuius ergo curationem, presentè D. Muguetio, hac artè suscepi.

Antè omnia sanguis missus fuit, corporisquè vniuersalis per catharticum accommodatum celebrata purgatio, deindè tumor cir-

ca radicem filo ſericeo duplicato alligatus fuit, ſenſimquè quotidie ligatura aſtricta, ad tumoris caſum procurandum: quem tamẽ non licuit nobis expectarè, ob fœtoris ab vlcerè prædicto procedẽtis, ſyncopenque frequenter inducentis, incommoda: quibus remedium fuit tumoris cum ſcalpello extirpatio, cauterijque poſt extirpationem adhibitio, & intra paucos dies curata fuit laborans.

Parulis eſt gingiuarum tumor cum inflãmatione, qui ſæpiſſime reſoluitur aliquando tamen ſuppuratur, abſceſſuque aperto breui curatur.

DE DENTIVM RVBIGINE CAP. XI

Multis



Vltis de causis contĩgit hic affectus, siuè externis seu procatarticis, siue internis hæ precipue sũt humoris fluxus a cerebro, vel venenosi humoris per os expurgatio, quę cõtĩgit ĩ lue venerea post hydrargyrosin, siue externam per inunctiones aut suffitus, siue internam per assumptionẽ hydrũgyri quocumquè modo præparati: non parum etiam huic affectui inducendo facit, incuria abluendi os ex æquis partibus vini & aquæ stastim a pastu. Rubiginis dentiũ hæc sunt mihi experta remedia.

Acc. limat. cornu cerui drach. j. coralli albi drach. ſ. salis comm., ma-

stich an. drach. j. alum. rup. scrup. j. salis rorism., ossis sæpiæ, an. scrup. ij. fiat pulu. quo vtendum modo sequenti.

Acc. lignum internum radicis althææ, quod exsiccetur, ex ipso formentur bacilli longitud. trium vel iiij digit. horum cuspis intinguatur vino & statim pulueri præscripto, eoque fricentur dentes, & deniq; abluantur vino prædicto, idque repetatur quoties necessũ videbitur.

DE ORIS VLCERIBVS CAP. X.



Ialuus non sua sponte vacuetur, inijciatur clyster emolliẽs, quo reiecto mittatur sanguis

guis, è mediana vel cephalica, deinde ex ranulis seu hypoglottibus.
Postea vtatur remedio sequenti ex inuentione Bernardi Penoti, mihique sæpius ad vlcera & cancrum oris, gingiuarum, mamillarum, Noli me tangere, & quãcumque plagam antiquã experto, hæcquè omnia sine vlla molestia mundificante & exsiccante.

Acc. auripigm. vnc. ij. viridæris vnc. j. ſ. vinj. albi generosi lib. j. dissoluantur terendo in mortario & quod dissolutum fuerit transfũdatur in vas fictile, bulliant ad trium partium consumptionem vt tantũ pars quarta vinj. remaneat: tãdem ab igne remoueantur, & materiæ huic ad huc calẽti superaffunde aqu.

ſolani & roſ. an. vnc. ij., hoc liquo-rè goſſipij parum imbuatur, quo at-tingantur oris vlcera bis in diè.

Eſſentia ligni heraclei idē præ-ſtat, omniaquè oris, vitia & vlce-ra ſanat: quod ego expertus ſum.

DE OCVLORVM PRVRITV CAP. XIII

HIC affectus fit: ce pituita ſalſa cōnuxtione humo-ris bilioſi cū pituita te-mi conſtante.

Ipſius Curatio perficitur debita victus ratione, & accommodata humoris peccātis expurgationè. Abſtineat itaque a cibis ſalſis, a-cribus, piperatis, vaporoſis, ni-non a diſpertis ſeu difficilis con-cocti-

coctionis, quales sũt caro bubula, suilla, leporina, auiũ aquatilium, aliæque permultæ, legumina itẽ, castaneæ, olera cruda, & inter omnia præcipue lactuca. Commodus erit vsus carnis veruecinæ, vitulinæ perdicum, auium montanarum, ouorum sorbilium, & pro secunda mẽsa passularum, amygdalarum, anisiq; conditi. Vini loco si inflãmatio adsit cum dolore, vtendum erit hordei decocto, quod ptisanam vulgus imperitum vocat. Purgetur humor peccãs pilulis pituitam & bilem simul ducentibus, vel ex rhabarbaro cui eadem est facultas.

Purgatione vniuersali præ-

missa vtatur collyrio sequēti.

Acc. aqu. rof., & vini albi odorif. an. vnc. iiij. myrob. citr. tritarum drach. j. s. tuthiæ præp. drach. ij. bulliant omnia simul ad consumpt. tertiæ partis : remotis ab igne adde statim floris æris gr. iiij, camph. gr. ij. refrigerata colentur & seruētur in vase vitreo bene obturato pro collyrio cuius gutta vna aut altera in oculum dolentem immitatur, mane, & vesperi. VEL

Acc. succi papau. corniculati & aqu. rof. an. vnc. iiij floris æris gr. j. aut ij. gumm. tragach. gr. vj. misce fiat collyrium. VEL

Acc. tuthiæ præp. vnc. j. s. macis vnc. j. aloes succotr. vnc. s. ma-

cerentur

cerentur in vini albi, & aqu. rof. an. lib. j. insolentur per aliquot dies vigente canicula, dein colentur, colatura seruetur pro collyrio vt dictum est.

Succus chelidoniæ maioris tantæ est efficaciæ in affectibus oculorum, vt si quis oculũ gallinæ acu vel acicula pupugerit, eiusque tunicas perforauerit, instillato bis in die prædicto succo, & magmate superposito, animal curetur. Quod mihi nedum in brutis, sed & in puella quinque aut sex annorum experiri contigit: hæc cum casu oculi dextri corneam cultello acuto sibi pupugisset, mea vtẽs opera & consilio breui curata

fuit absque visus deperditione, vsu prædicti succi vt dictũ est, post conuenientem sanguinis missionem & purgationem.

DE SVFFVSIONE
CAP. XIII

SVFFVSIO quæ & cataracta, & græcis ὑπόχυμα dicitur, est affectus oculi, cui⁹ causa est humoris lenti, glaciei modo concreti inter corneam tunicã, & cristallinũ humorem affusio īpediēs ne cristallinnus humor rerum oculis obiectarum species admittat

CVRATIO

Curatio huius affectus, a victus ratione conuenienti est incohanda.

cohanda ea autem instituí debet attenuans & exsiccans.

Mittatur sãguis (nisi quid obstet) ex cephalica è directo oculi affecti: purgetur humor peccans pilulis seq.

Acc. pilul. de hiera cum agar., de mastiche, & sine quibus ana scr. j. malaxẽtur cum aqua foenic. fiant pilulæ quas sumat tribus horis a leui coena, & repetat ter in mẽse.

Post hæc vtatur iulepo sequẽti, per hebdomadam bis in die.

Acc. oxym scillit., syr. de succo endiu., & mell. ros. an. unc. s. aqu. foenic., beton. & fumar. an. unc. j. misce fiat iulep.

Posteat sumat pilulas præscriptas vt dictum est.

Post purgationem admoueantur cucurbitulæ occipitio cum scarificatu, vel inuratur causticum, vlcusque diu maneat apertum.

Hyberno tempore, & autumno, pilulæ sequentes erunt cõuenientissimæ.

Acc. pil. cocc. drach. ß. pil. aggreg. & ind. an. scr. ß. misce & cum aqua foenic. fiant pil. v. quas sumat in aurora.

Premissis generalibus & internis remedijs ad topica oculo laboranti admouenda veniendum.

Acc. flor. chamæm., melil., rorism., & summit. foenic. an. m. j bulliant in aqua pluuia: huius decocti calentis

alentis vapore suffumigentur oculi mane & vesperi.

Statim a Suffumigio abluantur oculi collyrio seq.

Acc. aqu. chelidon mai., euphras. & foenic. an. unc. ij fell. galloru aut perdicum Num. iiij. misce fiat collyrium.

In suffusionis curatione præstantissima est, mihique præ cæteris omnibus probatissima & experta aqua sequens,

Acc. hepatis hirci sani & recentis lib. ij. calam. arom., & mellis an. unc. s. succi rutæ drach. iij, aqu. chelid., verbenæ, foenic., euphras. an. unc. iij. piper. longi., nuc. mosch., caryoph. an. drach. ij. croci scr. j. flor. rorism. aliquantulum

contritorum M. s. ſarcocollæ, aloes hepat., an. drach iij. fellis auium rapacium, vel caponum aut perdicum vnc. j. incidenda incidantur, terenda terantur, dein omnia ſimul miſceantur, addendo ſacch. albiſſ. vnc. ij mell. roſ. drach. vi. ponantur in alemb. vitreo, diſtillentur in baln. mar. igne lento. hæc aqua ſeruetur in vaſe vitr. bene obturato tanquam pretioſa, quæ in oculum laborantem inſtilletur bis aut ter in die.

Huiuſce aquæ vſu poſt vniuerſalia remedia, abſque alterius cuiuſuis remedij externi ope, plures curaui nulla lucis vſura fruentes: & inter alios *D. de la Roquette*, nobilem tu-

ginta quinque annorum, qui decē annis a restituta sibi per me videndi potentia, vixit.

Aqua è corniculis quæ in fraxinis nascuntur cōtusis destillata, ad visum clarificandum est excellentissima.

DE SVRDITATE CAP. XV

SVRDITAS, a græcis κώφωσις nōminata cōtingit propter crudos crassosque humores auriū meatus auditioni dicatos obturantes, vel biliosum humorem sursum vergentem, aliquando a flatibus externis.

Curatio a victus ratione, &

vniuersali purgatione conuenienti auspicanda: deinde remedia particularia incidentia & discutientia vsurpētur, in hunc finem liquor sequens mihi maxime probatur: flatus enim optime discutit, surditatem curat, & dolorem aurium sedat.

Rec. ligni fraxini viridis, fascic. j. comburatur, aqua per ramorum incēsorum extremitates fluens colligatur, parique aquæ vitæ quantitati misceatur: huius liquoris guttæ aliquot cum bombace, mane & vesperi in aurem affectam instillentur.

Balsamus Leonardi Fiorauāti idem præstat, mihique expertus est.

Succus

Succus cæpę cum melle communi mixtus, & in aurem instillatus dolorem sedat & flatus discutit.

Idem prẹstat succus cucum. agrestis perse, vel aceto mixtus aurique immissus. VEL

Acc. anguillam pingum, coquatur in vase terreo vitreato, collige oleaginositatem, quam seruabis ad vsum, & si adsit sibilus seu tinnitus adde succũ rutæ. VEL

Acc. verm. terrest., ouorũ formic., foliorum rutæ an. partes æqu. pistentur simul & bulliant cum oleo amygd. amar.: deinde fiat colatura & mediocris expressio, liquoris expressi guttæ aliquot cũ bõbace mittãtur in aurẽ calidiuscule.

DE STRVMIS CAP. XVI.

STRVMÆ quas græci χοιράδας vocant sunt glãdulæ induratæ, quæ quamuis singulis corporis fere partibus contingere possint, præcipue tamen colli & ceruicis anteriores partes infestare & foedare solent, inflammantur sæpe & vlcerantur, carcinomatis naturam imitantes.

CVRATIO

Emolliatur aluus si astricta sit, deinde mittatur sanguis è mediana vel cephalica e directo partis colli in qua sitę fuerint strumę, vel ex vtroque bracchio diebus

diebus alternis, ſi collum vniuerſum occupent.

Purgatio dein inſtituẽda, qualis humori craſſo frigidoque euacuando cõuenit, ſæpius nempe repetita: in eum vſum vſurpandus puluis ſequens, cui & præparandi, & ſenſim euacuandi prędictum humorẽ vis ineſt.

Acc. ſalſ. parill. vnc. ij. ligni ſancti vnc. j. fol. ſenn. mund., vnc. ſ. turbith gummoſi, hermodact., pulu. beton, & flor. ſtoech. arab., an. drach. ij. cinam. el. drach. j. fiat pulu. tenuiſſ. de quo capiat a drach. j. ad drach. ij. mane cum iuſculo, addendo ſalis tartari vel fraxini gr. v. vel vj. quatuor vel quinque dierũ ſpatio.

Pulueris præſcripti vice vti poterit laborans paulo delicatior, ſyrupo ſequenti.

Acc. aqu. fumar., lupuli, abſynthij, cap. ven., an. lib. iiij. polypod. querc. vnc. xij. fol. ſenn., & epithymi an. vnc. iiij. trium flor. cord. an. p. i. liquir. raſ., paſſul. enucl., cinam. an. vnc. ij. 4. ſem. frig. mai. vnc. ij. coquantur omnia ſecundum artem ad medias colaturæ adde mellis comm. vnc. vj. cum ſacch. fiat ſyrupus perfecte coctus, arom. moſcho & ambra, addendo vnc. j. diapliris ſine moſcho.

Poſt vltimam vtriuſlibet horum remediorum doſim, ſumat poſtridie drach. j. aut duas diaromatici

omatici Fiorauanti, vel grana iij. aquilæ paracelſi cum theriaca.

Huiuſmodi purgatio celebrari poterit bis in menſe, interpoſito inter vtramque, temporis interuallo conuenienti, pro virium ratione, & humoris contumacia, diebus autem duobus ante quamlibet purgationem mitti poterit ſãguis ſi opus ſit.

Strumoſo tumori ſi is vlceratus nõ ſit, omnium foeliciſſime ſuccurret empl. de vigo cum mercurio admotum, cui ſolers medicus prout ſtrumæ facilius vel difficilius reſoluentur, augere poterit mercurij quantitatem. Ad idem efficax erit ſuccus

cucumeris agrestis cum melle & stercore capræ mixtus, & cataplasmatis modo tumoribus strumosis adhibitus.

Vlceratis strumis, præter generalia remedia modo quo dictum est vsurpata, maxime conueniet diæta sudorifica, per quindecim dies aut plus, prout de ipsius prorogatione iudicauerit medicus, in sequentem modum.

Acc. sals. par. vnc. iiij cort. guaiaci vnc. ij macerentur per diem integrum in lib. iiij. aquæ fontis tepidæ postea coquantur ad medias colatura dulcoretur sufficiẽti quãt. mellis despumati: capiat vncias sex quotidie mane per totum tempus prædictum sudando ex arte,

cum

cum custodia, & debiti regiminis vt solitum est obseruatione.

Strumis autem vlceratis, statim a decocti sudorifici assumptione applicetur pannus lineus eodem decocto calido imbutus madēsque, renouandus vesperi, absque vllo alio vnguēto emplastroue.

Hoc remedium mihi adeo est probatum expertumque, vt nūquam siue in strumarum cācrosarum vlceratarumque, siue in scirrhorū curatione me fefellerit, fueritque vnicum perfectæ ipsorum curationis remedium.

Si tamen alio remedio vti animus fuerit, emplastrum sequens in id, necnon ad vlcera tibiarum & apostemata mamillarum iam

aperta, ſumme eſt efficax.

Acc. pulu. litargyri auri, & thuris an. lib. ſ. olei comm. lib. j. linamenti minutim conciſi vel ex panno lineo detrito deraſi m. j. primo coquatur & diſſoluatur litargyrum cum oleo, deinde lẽto igne coquantur addito thure, ſemper agitando ne aduratur & in grumos conuertatur tendet parum ad nigredinẽ, ſerua ad vſum prædictũ.

Toto curationis tempore, laudo cauterium, occipitio, vel ſcapulis admotum cuius vlcus ex arte apertum ſeruetur.

Glandulas in quacumque corporis parte fuerint, emollit & reſoluit radix cucumeris agr. perſe, vel cum toto piſta, & adhibita.

Lupini

Lupini cum acero perfecte co-
cti, & in formam catapl. bis in
die adhibiti summopere prosũt.
Prodest item fotus ex vrina la-
borantis bis quotidie mane &
vesperi.

DE ANGINA CAP. XVII.

COLLI regionem internam non sine magno vitæ discrimine persæpe infestat Angina, cui post sanguinis missionem, siue vniuersalem ex cubito, siue particularem ex hypoglottidibus, sequentia mihi maxime probantur remedia. In principio ad tumoris incremẽtũ

præcauendum, & fluxionis materiam repellendam, sedandumque maximum gutturis ardorē, vtilissimum erit remediū sequēs.

Acc. salis prunellæ drach. j diss. vnc. iij. aquæ font. sumat sensim deglutiendo vel saltem gargarisando.

Fluxione quantum fieri potuerit repressa, ad tumorem resoluendum, vtere sequentibus.

Acc. succi chelidon. mai. depur. vnc. iiij. sacch. q. s. fiat lohoch. quo vtatur sæpe, sensim lambendo & deglutiendo.

Acc. nidi hirund., & succi chelid. mai. an. q. s. fiat cataplasma, quo emplastretur totum guttur, seu externa pars gutturis.

DE PLEVRITIDE CAP, XVIII

SI aluus astricta fuerit, subducatur enemate communi, quo reiecto mittatur sãguis è mediana lateris affecti, idq: pro virium ratione, sanguinis vitio, & doloris imminutione: quo perseuerante, vel increscente, vel sedẽ mutante iteranda erit phlebotomia donec is sedatus, vel saltem multum fuerit imminutus: Ex his enim phlebotomiæ iterationibus cum iudicio & solertia factis non solum non minuuntur, quinetiam augentur vires, detracto sangine putri, cõ-

tigitq; mihi ſæpius in extremo dolore ſanguinem ad lib. v., vj, & vij. mittere pleuriticis foeliciſſimo ſucceſſu.

Reliqua remedia & externa ſũt & interna, externa huiuſmodi ſunto.

Acc. vng. reſumpt. vnc. iij, olei lil. vnc. j. miſce pro linimento quo inungatur latus dolens calide, bis aut ter in die.

Acc. farinæ ſem. lini vnc. ij. ol. lil. q. s. miſce fiat cataplaſma admouendum lateri dolenti poſt litũ præſcriptum & continuo ſupergeſtandum.

Cataplaſmatis vice vti poteris emplaſtro de ſulphure quod egregium eſt ad pleuritidem remedi-

medium.

Ex internorum remediorum cēſu,ſequētia mihi ſunt experta.

Acc. aqu. papau. rhoead. vnc. iiij.,pulu. coralli rub., cort. inter. auellan. rub. & mandibul. lucij an. ſcrup. j. miſce ſumat ſæpius in die longe a paſtu. VEL

Acc. ſalis prunellæ drach. ij. flor. pap. rhoead. pulu., & coralli rub. an. drach. j, ſacch. viol. vnc. ſ. miſce ad formam boli: huius mixturæ ſumat drach. j. ſuprabib. parum aquæ papau. rhoead. vel card. bened. VEL

Acc. priapi cerui præp. & pulu. ſcr. j. vini albi, & aquæ card. bened. an. vnc. j. miſce ſumat vt ſupra.

Interim ad ſputi tum procurationem tum facilitatem vtatur & eclegmate ſequenti.

Acc. elect. dia iris & penidiarũ an. vnc. j nucl. pin., paſſul. enucl. an. drach. ij. ſucci liquir. drach. ſ. ſyr. de iuiub., & de liquir. an. q. s. fiat lohoch. quo vtatur ſæpe ex bacillo liquir. ſenſim lambendo & deglutiendo.

Pomum excauatum cuius cauitati immiſſa fuerit drach. j olibani cum pauco ſaccharo, coctũ & comeſtum, ſuper hauſtis vnc. iij aquæ card. bened. vel papau. rhoead. non parum confert.

Præſtantiſſimum item remediũ eſt, ſal hyperici ad molẽ auellanæ cum aqua cardui bened. quarto,

quarto sexto, vel septimo die exhibitum, sudoresque mouet copiosos.

DE SANGVINIS SPVTO CAP. XVIIII

SANGVINEM spuentibus ex rupto vel eroso ĩ pulmone vase aliquo sume confert iulepus sequens.

Acc. syrupi de hedera terrestri, & syr. de rorella seu roresolis an. vnc. ß. aqu. rorellæ vnc. ij. misce sumat mane tribus horis ante pastum, & vesperi hora somni.

Præsẽte vero & vrgẽte affectu, sumat grana tria laudani paracelsi, quod & nepẽthes vocatur.

DE LACTIS REDVNdantia

CAP. XIX

PVERPERAS delicatiores, quæ editos foetus proprio fraudantes commeatu nutricibus lactandos tradunt, maxime vrget lactis ad mammas naturæ imperio recurrentis copia, illicque non exigua, nec periculi expertia facit accidentia, inflammationes, abscessus, & dolores insignes, quibus vt obuiam eatur, linimento sequenti & experto vtendum.

Acc. vnguenti è litargyro, nutrito cum oleis rof. & myrth., & succis plantag. & solani vnc. iij acet.

aceti rof. unc. ſ. miſce fiat linimentum quo liniantur mammæ, mane & veſperi, ſuperaſpergendo ſtatim a litu puluerem ſequentem.

Acc. maſtich., roſ. rub., myrthill. an. drach. ſ. flor. chamæm. drach. ſ. puluerentur ſubtiliſſ. ad vſum præd.

Repellendo lacti non inefficaciter abluentur mãmæ, vel fouebuntur ſucco plantag. calide mane & veſperi.

Ad idem conferet vnguentum ſequens.

Acc. vng. roſ. & cerati ſantall. an. unc. j. ol. roſ. & chamæm. an. unc. j. miſce. vnguantur mammæ & partes vicinæ.

DE VENTRICVLI
Imbecillitate,
CAP. XX

VENTRICVLVS multis de causis fit imbecillis, aliquando enim ab ortu, caloris natiui penuriam nactus est, aliquando ab ætate vt in senibus, alias a morbis diuturnis, aut euacuationibus nimijs persæpe a frigidi humoris è capite ad ipsius capacitatē decubitu.

Quicquid sit, supradictæ causæ morbum in ventriculo generāt intēperiem nempe, semper frigidam, modo tamen humidā modo siccam, quæ si solitaria fuerit breui humoris congeneris consortio

fortio copulatur, nam ventriculus frigidior cum ingesti cibi coctionem fœliciter non peragit, plurima gignit excrementa frigida crassa, & viscida quæ ipsius internæ tunicæ ad hærentia, frigidam intemperiam fouent & augẽt, ventriculum relaxant: ex tali excrementorum congeriè appetitus imminuitur ventriculus flatibus distẽditur & dolet, multæquè in vniuerso corporè & præcipue in partibus naturalibus generantur obstructiones.

CVRATIO

HVius affectus Curatio tota consistit in intemperiei frigidæ ventriculi correctione, excrementorumquè in ipso con-

tentorum expurgatione: id vna & eadem opera perficient pilulæ sequentes.

Rec. aloes el. non lotæ drach. vj. mastich. drach. j. rhabarb. drach. ß. salis gemm. scr. ij. ros. rub. gr. vj. omnia ex arte parata misceantur cũ syr. de absynth. fiat massa, è cuius drachma formentur pilulæ sex: capiat duas bis aut ter in hebd. paulo ante coenã cum regimine.

Pari commodo poterit alternatim corrigi ventriculi intemperies frigida remedio aliquo siue liquido siue solido, siue assumpto siue admoto, deinde etiam expurgari humor in ipso contẽtus siue per secessum siue per

vomitum, prout assistenti medico commodius visum fuerit.

Alterantium & corroborantium remediorum hæc sunt exẽpla.

Opiata ventriculum & cor calfaciens & roborans. *Acc. rad. enul. camp. conditæ, pulu. elect. diambr. & arom. ros. an. unc. ß. conserue flor. bugl. & cons. ros. antique, an. unc. ij. caryoph., nuc. mosch., zinz. cinamo. an. drach. ij. moschi. gr. xij. aquæ vitæ rectif. & aquæ cinam. an. unc. j. olei vitrioli drach. j. misce fiat opiata de qua sumat ad molem nucis auell. mane horis quatuor ante pastum, superhausto si libuerit vini absynthitis momẽto.*

Acc. panis albi biscocti lib. j puluer. cinam. unc. ij. ſ. aniſi unc. ſ. ſacch. albi unc vij. miſce fiat puluis de quo capiat cochl. j. poſt quẽlibet paſtum.

Corroborando & calfaciendo ventriculo plurimum valet aqua ſequens non ſolum ad ventriculi imbecilitatem, ſed & ad ſyncopen, colicum dolorem, & partum laborioſum valde efficax.

Aqua Clareta ſeu Syrupus Brallionis. *Acc. cinam. craſſiuſcule contriti unc. ij. macerentur in lib. j. aquæ vitæ, per ſe in vaſe vitreo. In alio vaſe vitreo per ſe & ſeorſim macerentur ſacch. albiß. unc. vj. in lib. ſ. aqu. roſ. ſtent hæc omnia ſeorſim in infuſione per du-*

os

os vel tres dies, agitando quolibet die pluries hæc duo vasa: tandem simul misceantur materię in ipsis contentæ & per manicam transmittantur, colatura seruetur in vase vitreo bene obturato sumat cochlear vnum aut duo ieiuno ventriculo,

VEL

Aqua imperialis *Acc. aquę vitæ rectif. q. s. infunde flor. & summit. rorism. drach. vj. cinam. el. vnc, j. nuc. mosch., caryoph., granorum iump., cort. citri, flor. salu. an. vnc. j. ſ. rad. angel., & imperator. an. vnc ij. theriacæ vel., & mithrid. an. vnc. j confert alkerm. vnc. ſ. rad. pæon. vnc. j. distillentur lento igne baln. mar., seruetur aqua in vase vitr. bene*

obturato tanquam pretiosa, quæ sumpta semel aut bis in hebd. ie iuno stomacho ad cochl. j. per se, vel cũ iusculo horis tribus ante prand. confert ad imbecillitatem ventriculi, refocillat spiritus, auget memoriam, & colico dolori a flatibus mirifice confert necnon omnibus affectibus a causa frigida ortis.

Sequens aqua Imperialis iisdẽ pollet viribus, paratu tamen facilior.

Acc. fol. salu., maioran., pulegij., summit. rorism., thymi foeniculi, & lauẽdulæ an. m. j. cinam., nuc. mosch., an. vnc. i. caryoph. contus. vnc. j. pomum granatum pãderis vnc. iiij. rad. imperator. & gẽtianæ an. vnc. j. angel. vnc.

s. ligni

ß. ligni aloes drach. j. sacch. vnc. iiij. mellis lib. ß. aquæ vitæ lib. j. vini albi lib. ij distillētur in baln. mar., aqua seruetur in vase vitreo ad vsum suprad.

Ad idem laudatur & efficacissimus est liquor quem balsamum vitæ vocant, magnatibus familiaris.

Balsamus vitæ *Acc. florũ salu. exsiccat. lib. j cinam. el., caryoph. nuc. mosch., piper., zinz., cubeb. cardamomi an. vnc. iiij. pulue-rentur omnia & simul misceantur in alembico vitreo cæco, affundēdo aquam vitæ vt quatuor digitos superemineat, & alēbici pileus cum bocia exacte lutetur ne quid expiret aut exhalet, digerantur*

octo diebus in fimo equino, vel balneo mar. deinde ablato pileo ceco, adhibeatur bociæ pileus seu operculum rostratum, distillentur super cineres moderate calidos ad siccitatem usque: serua aquam primam tanquam protiosam, fæcibus superfunde aquam pluuialem digerantur vt supra, duorum dierum spatio, deinde iterum distillentur igne lento cineribus calidis inuenies oleum paucissimum cum aqua: oleum confert paralyticis, apoplecticis, catharro suffocante oppressis ad guttam j. aut duas ex pauco iusculo aut aqua accōmodata exhibitum: aqua vero prima, confert mulieribus difficile & laboriose parentibus, ad cochl. j. vel dimi-

dimidium sumpta, cruditatibus ventriculi, & colicis affectibus
Ex capite mortuo sal. extrahi potest.

Exterius ventriculi regio foueri poterit decocto ex absynthio, mentha, galanga, cypero, rosisque rubris & vino rubro astringente parato, dein inungi oleo moschatelino cui inunctionis tempore tantillum aquæ vitæ adiectum sit.

Frigidæ & viscidæ materię in ventriculo contentæ euacuatio bifariam fieri cōsueuit, per vomitum nempe, aut per secessum quibus addere licebit tertium modum mixtum ex vomitu & secessu. Qu . vomitum moeunt

non nisi cautione adhibita, obseruatisque legibus a practicis præscriptis debent exhiberi: ea tamen in naturis robustis, & quibus a vomitione nullum timetur incommodum, vtilissima futura sunt.

Horum omnium purgantium experta nobis & probata paradigmata hic apponemus ab Emeticis seu vomitorijs incipientes.

Acc. vitrioli albi pulu. q. s. dissolue cum sufficienti quant. aquæ font., deinde filtretur, lentoque igne euaporetur & exsiccetur, vt fiat sal, cuius dosis scrup. ij. cum conserua rosarum liquida, ieiuno stomacho: prouocabit vomitum:

post

post tertiam vomitionem sumendum iusculum ex decocto pulli sine sale, ad abluendum ventriculum.

Elegans hocce & mite satis vomitorum cõmunicauit mihi vir doctriná illustris *D. Ianus de la Riuiere* quõdam Christianiss. & Inuictiss. Henrici quarti Galliarum & Nauarræ Regis archiater.

Vomitum etiam blande promouet puluis rad. asari, vel gratiolæ ad drach. vnam ex vnc. v. aquæ card. bened. vel iusculi exhibitus, in febribus intermittentibus & præcipue quartana horis quinque ante paroxismũ.

Abluto post vomitum per iusculum prædictum ventriculo,

fractæ ipſius vires refi ientur, ipſique robur addetur, ſumpto cochleari vno aut altero alicuius ex aquis preſcriptis, fotuquè & litu ex topicis iā recēſitis, vel ſeq.

Acc. olei nuc. moſch, vnc. j. ol. menth. & maſtich. an. vnc. ſ. pulu. ſpicæ ſcrup. j. moſchi gr. xv. ambr. griſ. drach. ſ. ligni aloes gr. xx. caryoph. ſcrup. j. cerati ſtomach. gal. vnc. jſ. ceræ vnc. ſ. miſce fiat vng. quo calido vngatur regio ventric.

Quæ vomitum & ſeceſſum ſimul mouent, maioris multo ſunt efficaciæ crudos enim & obſtruentes humores in prima corporis regione hærentes etiam educunt per inferiora, huius ordinis

ſunt permulta ex ſtibyo parata arte ſpagirica remedia, inter quæ primas tenet aqua benedicta Martini Rulandi cuius hæc eſt deſcriptio,

Acc. croci metallorũ vnc. j aquæ card. bened. lib. ij, vel iij, cinam. vnc. ſ. macerentur omnia per biduum aut triduum deinde colentur & aqua ſeruetur: cuius doſis vnc. j. ſ. vel ij. mane horis quatuor aut quinque ante prandium.

Croci metallorum hæc eſt vera & magis accepta deſcriptio.

Croc⁹ metallorũ *Acc. ſtybij & ſalis nitri electi pulu. an. partes æquales miſce, repone in conũ fuſoriũ vel ollam fictilem ferendæ ignis violẽtiæ aptã, dein huic materiæ*

immitte prunam ardentem, incendetur materia statim, & fere in momento desinet comburi: postea conum vel ollam simul cũ materia in mortario tere, tritis & in alio vase terreo amplo repositis superaffunde aquæ font. q.s, stẽt simul donec aqua colore subcroceo tingatur, separa hanc aquam per inclinationem & serua, nouam aquam prædictæ materiæ reaffunde, separa & serua vt supra, Sic continuando donec amplius non tingatur vel saltem parum: tunc omnibus depletionibus vt dictum est seruatis & in vase terreo repositis inijce aceti distillati q.s. antimonij tinctura præcipitabitur & fũdum petet, quod factum dignosces

si aqua clara & limpida appareat, hanc aquam separa per inclinationem aut filtrationem, materiam in fundo existentem collige & repone in vasculum terreum vitreatum, exsiccetur igne lento super cineres calidos, pulueretur & hoc est quod vocant crocũ metallorũ.

Vomitum item & secessum mouet vitrum stibij quod rite parari debet, nũquamque meo consilio in substantia, sed in infuso dumtaxat exhiberi. Exhibetur autem vel in forma infusi seu diluti simpliciter, vel sub forma syrupi quem quidam syrupum de azaro ficto nomine solent appellare. Diluti hic est modus.

Acc. stybij vitreati arte spagirica parati, & in tenuissimum puluredacti drach. ij. macerentur octo diebus in lib. j vini albi maturi deinde fiat colatura quæ seruetur in vase vitreo bene obturato, cuius dosis a drach. j. ad duas perse. Valet ad eosdẽ effectus quos aqua benedicta suprascripta.

Syrupus de Asaro *Acc. stibij vitr. subtil. pulu. unc. ſ. infunde in lib. vj. vini albi generosi quousq: vinum colorem vini rubei adeptum sit, vas sæpius infusionis tempore agitando: deinde vinum per inclinationem separetur vt clarum & limpidum sit puluisque omnis subsederit, huic vino adde sacch. q. s. coquantur simul in syrupum*

rupum perfecte coctū cuius dosis ad cochl. j plus minusue pro affectus natura & assumentis conditione, per se. vel ex iusculo.

Sequuntur purgatia per secessum solū, quibus hic primum ascribere non vereor id instibium sequenti modo mihi experto præparatum.

Stibij elegans præparatio *Acc. stibij q. v. calcinetur donec nullos emittat fumos, deinde liquescat, cui inter liquandum adde salis ammoniaci partem octauam, tunc igne violento vratur, donec colorem lucidissimū atque diaphanum acquirat: huius drach. j. infundatur per horam dimidiam in lib. ij. vini, vel in ea quantitate*

quam bibere ſolitus es in prandio ſine nauſea & violentia purgat per ſeceſſum. VEL

Alia *Acc. vitri antimonij vnc. ij. fiat puluis tenuiſſimus cui ſuperaffundatur ſpiritus vini vt tres digitos ſupernatet: fiat infuſio ſuper cineres calidos donec ſpiritus vini bene tinctus ſit, ſeparetur per inclinationem & iterum ſuperfundatur alius ſpiritus, donec nullum amplius ſuſcipiat ex materia prædicta colorem: fiat extractum in baln. mariæ ſeceſſiuum non vomitiuum.*

Siquis huiuſce mineralis quacumque arte præparati vſum reformidet, & vegetalia præponat, ſequenti remedio vti poterit

xit summo commodo.

Acc. scammonij q. v. teratur crassiuscule, affunde aquę ros. vt supernatet tres digitos, stent in infusione donec aqua albo colore sit infecta, tunc per inclinationem transfundatur in aliud vas, rursusque noua aqua superaffundatur donec tota albedo materię prędictę extracta sit: fęces abiiciantur & aqua seruata reponatur in alembico distilletur in baln. mar. calore mediocri: quod in fundo remanebit erit verum scammoniū.

Cuius accipe vnc. vj spicæ nardi scr. ij cum spiritu vini extrahe vt decet totam tincturā sæpe circulando & filtrādo, postea separa menstruum & prouincia vna dis-

ſentię in fundo vaſis relictę, adde ſucci roſ. rub. ſæpe circulati & filtrati unc. j. ſucci cydon: eodem modo parati unc. iiij. magiſterij perlarũ, & coralli rub. an. drach. j. fiat miſtura lento igne ad conſiſtentiam maſſę pilul. cuius doſis ſcrup. j. aut drach. ſ.

VEL

Acc. ſcammon. electi unc. iſ. ſalis gemm., cinam., an. unc. j. amomi, ſiler. mont., ſatureiæ, hyſſopi, organi, puleg. an. drach. j. pulverentur & macerentnr in ſuff. quãt. aquæ vitę, balneo mar. donec ſpiritus coloretur: nouum menſtruum toties affunde donec non amplius coloretur, poſtea omnes infuſiones filtrentur, menſtruũque balneo ſeparetur, & in fundo

do remanebit ſal, cuius doſis grana v. aut vj.

Hæc omnia remedia ſiue purgantia per vomitum vel perſeceſſum, ſiue alterantia & corroborantia ventriculum, non ſoli ventriculi imbecillitati, verum etiam quamplurimis alijs variarum corporis partium affectibus vſui & fructui erunt maximo, ſimodo a ſolerti & perito medico præſcribantur. Sufficiat itaque ea ſemel hoc in loco deſcripſiſſe quò lectorem ad ipſorũ deſcriptionem videndam ablegabimus ne compendii limites excedat hoc noſtrum opuſculum.

Cogit perſæpe neceſſitas & purgandi occaſio, cuius arripi-

endæ, nec ſine damno dimitten-
dæ curioſus & maxime ſollicitu
debet eſſe medicus, tum ration
moroſioris ægrotātium naturæ
tum ob prauam ventriculi con
ſtitutionem, ad ea remedia con
fugere, quæ abſque ventricul
actuantis ope, prauorum humo
rum euacuationem non ſolun
ex alui ſentina, ſed etiam ex pri
ma & ſecunda corporis region
perficere poſſunt: huiuſmod
remedia externa ſunt ſeu topica
& interna: externis maxime vt
mur in pueris qui vix vnquam
catharticum aſſumere volunt au
aliquid lumbricis neccādis (qui
bus ipſi plurimū ſolēt infeſtari
idoneum. Vel iis quibus detur
bandi

bandis ventris fęcibus clyster accommodatus, ob fistulam vel hęmorrhoidas in ano, injici nequit. Huiusmodi sunt vnguentum de arthanita seu cyclamine maius & minus officinis pharmacopoeorum familiaria. VEL

Acc. vtriusque hellebori, bulbi agrestis, succorum semperuiui, acori, brioniæ an. partes æquales cum axungia suilla fiat vnguentum: quo si per secessum purgare volueris illinè plantas pedum, si per vomitum, volas manuum. VEL

Acc. hieræ picrę drach. iij pulpæ colochynt. scr. ij vel drach. j. fellis bubuli & succj cucū agr. an. vnc. ß. cassiæ rec. extr. vnc. j misceātur omnia simul, fiat cataplasma quod

ventri adhibeatur ab vmbilic ad pubem.

Puerulis ad aluum mouēdam lumbricoſque tum neccando tum excludendos, ſufficiet ſe quens cataplaſma.

Acc. raſuræ radicis bryon. rec. & mellis comm. liquidi an. lib. j felli taurini lib. ſ. miſce fiat catapl. qu emplaſtretur venter inferior veſ peri in introitu lecti per noctē. Pur gabit bis aut ter, eſtque expertū.

Interna remedia quæ corpus vniuerſum expurgare v lent, abſ ue vlla ventriculi imbecil lis vel nauſeabundi moleſt a, vt quæ ipſius capacitatem non at-tingant ſunt clyſteres: quorum licet præcipuus & frequeutior

vſus

vſus ſit ad alui & inteſtinorum affectus, poſſunt tamen magno ægrorum commodo prędicto vſui foeliciter accommodari ſimodo ſecundum artis peritiam & pręſcribantur, & iniiciantur quamnis non ſolū inſuetus vel (vt ſincerius dicam) obſoletus eſt in vulgari medicina faciēda, ſed & ridiculus & calumnię apud imperitos obnoxius hic clyſterū purgantium vſus. Hanc itaque conditionē appoſuimus *vt ſecūdū artis peritiā & præſcribantur & iniiciātur clyſteres cathartici* quia & ſcimus nos per pharmacopoeorū, & vulgi medicorū ora frequentius volutari appellationē clyſteres purgāis

muitosque ab ipsius in hunc vsu
& condi & inijci, absque propo-
sito tamen fructu, constant enim
plerumque huiusmodi clysteres
decocti non solum communis,
verum etiam ex plurium simpli-
cium catharticorum vtpote aga-
rici, colochyntidis, turbith, poly-
podii, aliorumue incoctione a-
crioris facti, quantitate ad reli-
quos clysteris vsus iniici solita,
nẽpe lib. j. s. aut quartariis quin-
que cui quantitati miscetur quã-
titas insignis electuariorum pur-
gantiũ, diaphoenici scilicet, be-
ned. lax., catholici, indi maii. vel
minoris, hieræ diacoloch. vel lo-
gadii vnius vel plurium. Vnde
fit vt priusquam huiusmodi in-
iectio-

iectionum vis cathartica ab imbecilliori inteſtinorum inferiorũ calore natiuo actuari poſſit, & ad profundiores ſeu diſtantiores partes per vaſa quæ in ipſis multo rariora ſunt quam in ſuperioribus ſeu tenuibus permeare & deferri, tum quantitate, tum acrimonia irritata inteſtinorum expultrix facultas clyſterem eiiciat, perſæpe ſolum vel ſaltem cũ alui recrementis quæ fœlicius deturbaſſet è iuſculo vel decocto emolliente, & ſola caſſia paratus. Diſcant igitur tyrones, & rationi & experientiæ noſtræ confidentes, clyſteres catharticos ea copia eſſe immittendos quæ vncia vna aut altera ſolum excedat

purgantis potionis solitam & licitam dosim, eosdemque clysteres nõ multo maiore catharticorum dosi constare debere, quam fuerat indicatum ab humoris morbifici quantitate & laborantis viribus: Sic enim & facilius per intestinorum capacitatem ascendet iniectum decoctum, & longiorem in ipsis moram trahens, foelicius peccantes humores in prima secundaue corporis regione stabulantes alliciet, & per sedem deturbabit.

Aduertendum tamen in omnibus morbis indiscriminatim id non esse obseruandum: sed in iis præsertim in quibus materia turgens & exclusioni per se apta

purgan-

purgantis medicamenti ope indiget, cuiusmodi ſunt febres continuæ putridæ, nec prius ad prædictorum clyſterum iniectionem eſſe veniendum quam aluus clyſtere communi emolliente fuerit exonerata & eluta. Nec verendum quin exoptata ſuccedat euacuatio quãuis tardior, cum conſtet apud omnes etiam a topicis, vnguentis, caplaſmatis, emplaſtris, aut fomẽtis eã facile promoueri poſſe

DE LVMBRICIS CAP. XXI.

LVMBRICIS omnium maxime infeſtãtur pueri, a biennio ad decimũ quartum

annum iiſdem gignendis aptiſ-
ſima etiam eſt ætas ſenilis ob
pituitæ excrementitiæ copiam
quam ętas hæc ſicut & puerilis
cōgerit diuerſis tamen de cau-
ſis, pueri enim ob veracitatem,
ſenes ob caloris langorem pi-
tuitam excremētitiam, horum
animalium materiam ſubiecti-
uam multam cumulant. Lactā-
tes pueruli cum ſolo lacte vtun-
tur vermibus carent: ſed pabu-
lo duriori intermixto, ab iiſ-
dem torquentur. Inteſtina ſūt
frequentiſſima & aptiſſima
gignendis vermibus, in ipſis e-
nim coaceruātur chyloſeos ex-
crementa quorum magna pars
eſt pituita excrementitia, capa-
citatem

citatem præterea ſortitæ ſunt ſatis amplam. In reliquis quoque partiũ cauitatibus gigni poſſũt quamuis rarius: Inter eas ventriculus ineptior eſt multis de cauſis ſed præcipue ob condimentorum variorum, ſalſorum, acidorum, & acrium vſum: hæ enim qualitates maxime reſiſtunt putredini quæ vermium cauſa eſt efficiens.

CVRATIO

TOta huius affectus curatio in eo conſiſtit vt vermes iam geniti necentur & foras expellantur. Contingit aliquã 'o hæc duo opera ſimul & ſemel vnius remedii ope perfici, aliquãdo, interfici quidem reme-

dii ingesti aut admoti beneficio solius tamē naturæ opera nōnũquã mortuos non nunquã viuos excludi: mihi magis probãtur ea quæ tum enecant tum excludunt genitos in intestinis lumbricos: ab iis enim quæ solũ enecant non leue impendet periculum: si enim mortui in intestinis, nec exclusi, putrescant prauorum affectuũ denuo causa fiunt, febrium nempe continuarum, epilepsiæ syncopes. huic scopo maxime conuenit rhabarbarum aqua portul. vel graminis infusum, & puerulis exhibitum, multoque efficacius futurum si dissoluatur vncia vna plus minusue syrupi

de

de floribus persicorum. VEL
Acc. diaturbith cũ rhab drach. j vel ij pro fortioribus, vini albi unc. ij misce pro uno haustu, & sequenti die repetatur si opus fuerit. VEL
Acc. aquę vitę rectif. lib. iiij infunde corallinę, card. bened., sem. contra vermes, & hellebori nigri an. unc. iiij, ponantur in vase vitreo in fimo equino per quindecim dies, deinde coletur aqua per inclinationem & seruetur huius aquæ drachma, vna exhiberi potest pueris adultioribus per se, vel ex pauco iusculo, inungique regio ventriculi & arteriæ in carpo & temporibus micantes enecabit vermes & foras eliciet.

certiſſimo, & ſecuriſſimo experimẽto. Idem & tuto præſtabit mercurii crudi & optime purificati drach. ſ. cum melle communi liquido incorporata, & ieiuno ſtomacho ſumpta.

Sequens remedium æque tutum eſt, minus tamen ſuſpectũ futurũ, iis qui vel audito Mercurij nomine perhorreſcunt.

Acc. ſtanni puri unc. ſ. vel j in puro catino vel ollula terrea ignis violentię ferẽdæ apta eliqua: extractũ ab igne extingue aqua fontana, vel (quod melius) decocto cornu cerui, vel aqua hyperici, repete liquationem extinctionemque ter aut quater, da colaturæ unc. ij aut iij ieiuno ſtomacho. Vermes illico

illico necat & expellit.

Lumbricis item et neccandis & expellendis conuenient topica aluo ducendę accommodata cap. precedenti ſub finem deſcripta, nec non ſequentia.

Acc. cumini pulu. q s. miſce cum felle taurino, & ventri inferiori adhibe emplaſtri modo. VEL

Acc. farinę lupin vnc. iiij incorporentur cum ſuff. quant. fellis bubuli, addendo aloes pulu. vnc. j. picis vnc. ii ceræ vnc. ij fiat maſſa empl. emplaſtretur venter ab vmbilico ad pubem.

Quæ vermes ſolum enecant multo ſunt frequentiora & magis familiaria, pueriſque menſtruis interuallis non ſine fœli-

ci successu exhibentur: inte
quę primas tenet semen contra
vermes vocatum, si quis com-
positiora desideret his vtatur
facilibus & expertis.

Acc. corallinæ rec ab arenulis & lapillis mundatę q.s. abluatur & maceretur in aceto, deinde exsicce-tur & pulueretur, adde pulu. di-ctamni vnc. ij misce dosis huius pulu. drach. j adultioribus, & drach. ſ. iunioribus ex iusculo.

VEL

Acc. sementinę, corallinæ, fol. card. bened. in vmbra exsiccat. an. partes æquales pulucrentur & simul misceantur. dosis a drach. vna ad duas ieiuno stomacho horis tribus ante prand. ex aqua por-

tul.

tul. vel melle despumato. VEL.
Acc. succi centaur. min. drach. j. aquæ font tepidæ cyathum vnum misce sumat in aurora.

Puluis seminis caulium, vel puluis fol. card. bened. ad drach. j. sine alia additione, cũ aqua prædicta optimum est remedium a me expertum

Oleum ligni heraclei ad guttas aliquot vmbilico instillatũ vermes necat.

Vermes ab intestinis viui foras excluduntur facili negotio si clyster iniiciatur ex lacte, melle, aut saccharo & vitellis ouorum paratus, horum enim componentium dulcedine & familiaritate allecti non solum

ad ea tanquam ad gratissimum feruntur pastum, sed & cum liquore iniecto excluduntur.

DE DOLORE COLICO CAP. XXII

IN abdomine, & iuxta ambitus vmbilici sedem, dolor frequenter oboritur atrox, nunc illi veluti circumductus, nunc in ipsius parte inferiore superioreue nũc in lateribus se prodens: nunc instabilis & vag⁹, interdũ fixus & stabilis, cum murmuribus ventris & rugitu conatuque sępenumero eructandi vel crepitandi irrito, nausea, vomitu alui constipatione alijsque molestis

lestis admodum symptomatis.

Dolorem hunc colicum vocāt cuius causa multiplex, communior tamen flatus per intestina & prçcipue colon omnium amplissimum decorans & conclusus, exitum quærens, ipsumque dolorifice distendens.

Huic dolori præsenti maxime cōferunt. Aquæ, imperialis, clareta, vel balsamus vitæ, quæ ōnia cap. superiori de vētriculi imbecillitate descripta fuere. Precauet vero & causæ huius affectus congeriem impedit syrupus sequens, a D. Pena Parisiensi medico olim pro Episcopo Sarlatēsi, colico dolore multum & sæpius diuexari solito

præscriptus & foelici successu expertus.

Acc. cichor. cum toto, rad. pentaphyli, asparagi, apij, foenic., tormentillæ, enul. cāp, & polyp. querc. an. unc iiij sem. carth. unc. j passul. mund. unc j s. fol. borag., agrimon. beton., scab., meliss., lupuli an. m. j origani, calamēti, hyss. chamædr., chamæp., an. p. j flor. viol rec., anthos, bugl., salu., an p. j sem. anisi, coriandri præp., foenic. dulc., dauci, an. unc. s. liquir. drach. vj fiat decoctio addendo sub finem fol. senn. mund. unc. iiij schoen., flor. stoech. an drach. iij in colat. parte infunde agar. troch. unc. ij zinz drach. j in altera parte infunde rhei. unc. ij.

cinaui

cinam. vnc. ſ. in expreſſ. vtriuſque diſſolue ſyr. roſ. ſol. vnc. iiij ſacch. albiſſ. lib. j fiat ſyrupus, oui album. purgatus & perfecte coctus cuius in decremento lunę ſumat ſemel in menſe vnc. iij dilutas pari pondere iuris decocti pulli alterati cum foliis & floribus thymi horis quinque ante prandium:

Enematis ad dolorē colicum placandum ſuus eſt etiam locus quorum materia cum vel ipſis mulierculis ſit cognita hic ab ipſorum deſcriptione abſtinemus. Quæ autem interna hic præſcripſimus nobis erunt vice omnium: experta enim ſunt & ſecura.

DE DYSENTERIA CAP. XXIII

DYSENTERIA est deiectio molestaper quam cruor purus excrementis & fæcibus permistus frequenti plerumque conatu deiiciendi & sæpe redeunte affligēteque, cū torminibus & ventris torsionibus, redditur. Huius in deiiciendo & frequentiæ & molestiæ causa est vlcus intestinorum, cui succurres rem:diis sequētibus.

Acc. rhab. opt. scrup iiij spicæ grana iij macerentur in sufficienti quant. aquæ plantag. cuius express. adde rhab. pulu. drach. s. syr. de cichor

cichor. cum rhab. vnc. ʃ. fiat potio quam ſumat ante omnia.

Torminibus & inteſtinorum dolori demulcendo plurimum conferet clyſter ſequens frequenter iniectus,

Acc. lactis capr chalyb. vnc. viij ſacch. rub. vnc. j vitellos oui ij fiat clyſter iniiciendus vt dictum eſt & diu retinendus.

Prægreſſa conuenienti purgatione, fluxum optim. ſiſtet, & ani procidentiam quæ diuturniori huic affectui familiaris eſt impediet, ſuffumigium ex terebethina ſuper ferreo aliquo inſtrumento vſta, ano exceptũ bis in die.

Eidem ſcopo in ſeruiet ſequẽs

remedium facile & expertum.

Acc. ouorum vitellos ij nucem moschatam pulueratam, misce co quantur simul super instrumẽtum aliquod ferreũ igne mediocri donec hac materia sine vlla adustione crusta circumducatur ad modum placentę: hanc placentam comedat vesperi hora somni nihil suprabibendo & tantundem mane.

Vrgente intestinorum dolore & torminibus assumi poterunt grana iij vel iiii laudani paracelsi, somnum enim conciliando fluxionem sistit & dolorem sedat. VEL

Acc. syr. de papau. & cydon. an. drach. vj aqu. plantag. vnc. iij sumat vesperi hora somni.

Aduer-

Aduerte hypnotica remedia in dyſenteria non niſi præmiſſa purgatione eſſe vſurpãda, quod ſi doloris atrocitas ad ea properare coegerit, ſtatim ſedato aliquantulum dolore exhibendum erit catharticum.

DE ALVI STYPTICItate ſeu conſtipatione.

CAP. XXIV.

ALvvs aſtringitur & pigrior fit multis de cauſis, contingit enim aliquando defectus excretionis naturalis excrementorum quæ per podicem fieri ſolet, quem vulgus ventris conſtipationem vocant, in ſanis alioqui corpo-

ribus vel ob proprium & natu-
rale temperamẽtum: melancho-
lici enim & frigidius tempera-
mentum nacti, raro & difficil-
deiiciunt, ob ſtimuli naturali-
bilis nempe quæ pauca in ii-
generatur penuriam: calidior-
vero totius & præcipue hepati-
partiumque naturalium ſortit-
temperiem, ſi excrementa in di-
es non reddant, calore interno
alui fæces exſiccante & indu-
rante de alui aſtrictione frequẽ-
ter conqueruntur. Quod & fre-
quenter accidit ob longam ſeſ-
ſionem in conuentibus, equi-
tationem aut decubitum diu-
turniorem. Necnon iis qui ob
potus liquidorumne parciorẽ
vſum

vſum aſſumpta edulia minus conuenienter diluunt. In ægrotis vero aut acuta febre laborantibus ob excrementorum exſiccationem : aut diuturno morbo detentis & decumbere coactis, quia facilius dum corpus mouetur erectumque eſt, quam cum quieſcit excremēta procedunt : vel cum contorta tenuia inteſtina, in affectu quē Conuoluulum vocāt, aut rupto peritoneo in ſcrotum delapſa fęces deſcendere non ſinunt.

A fæcum alui retentione diuturniore non leue imminet periculum: putidi enim & tetri vapores multi, inde ſurſū ad præcipua viſcera, hepar, ventriculū,

cor, cerebrum delati lipothymiam, cardialgiam, necnon epilepsiam aliquando faciunt, cerebrumque plus iusto calfaciendo, contentos in ipsius tum substantia, tum ventriculis humores crassos & frigidos dissoluunt fluxionique aptos efficiunt, vnde apoplexia, paralysis carus catarrhus, aliique ex fluxione affectus periculosissimi subsequi solent. Frequentissime alui fæcum a nimia retentione induratio. affectum gignit quem tum ob foeditatem, tum ob deploratam fere curationem *Miserere mei* vocant.

His periculis vt obuiam eatur: Qui ob naturale aliquod vitiũ

aluo sunt pigriori, ipsam arte fuxilem debent reddere vsu remedij alicuius familiaris & precipue syrupi sequentis.

Acc. salu., rutæ, rorism., absynthij, cichor., card. bened., vrticę origani an. m. j. ficuum ping., passul. enucl. dactyl., anisi dulc. salis gemmæ, an. vnc. iiij colochynt., aloes hepat., cinam., myrob. citr. an. vnc ij mell, comm. lib. ij misceantur omnia simul, crassiuscùle pistentur, & macerentur in lib. xviij aquę comm. lentoque igne bulliant ad medias, deinde colentur, filtrentur, aromatisentur cum scrup. s. moschi aq; ros. lib. j. firt syrupus de quo capiat quotidie mane vnc. iiij. donec aluus sua sponte

quotidie ſeſe exoneret. VEK

Acc. fol. helleb. nigrj flores purpureos habentis q. s. malaxentur cum paſta frumentacea, fiat placenta quæ in clybano coquatur deinde. Acc. foliorum modo prędicto coctorum & pulueratorum gr. vj. ſumat ex conſerua bugloſſi vel ex inſculo. Optimum remedium pro maniacis & melancholicis.

Non erit aliquando incommodus vſus topicorum ſuperius cap. de ventric. imbecilitate ſub finem deſcriptorum.

Omnium maxime familiare, nec iniucundum & inefficax erit ſequens.

Acc. poma mundata & in minutiſſima fruſtula diſſecta, tria

aut

aut quatuor, coquantur iusculo beta & borragine alterato, sumat quoties aluus segnis facta fuerit, & iteret donec sarcinam deposuerit.

DE HÆMORRHOIDIBVS CAP. XXV



Væ per venas hæmorrhoidales in ano sitas fit sanguinis euacuatio, semper naturæ motu & bonis laborantis rebus fieri consueuit eo dumtaxat nomine molesta quod vel profusior sit, vel dolorosa.

Sistetur sanguis nimia fluens copia, secta è directo brachij

vena ad reuulsionem, vel si ea non sufficiat, topica venæ sanguinem fundenti admota inter quæ cuiuis sanguinis profluuio sistendo maxime confert succus stercoris asinini admotus, vel stercus porci, puluis itē barbularum quæ reperriūtur in radicibus tormentillæ, vel ranarum viridium vel bufonis. Conferunt item tum fluxui sistēdo tum dolori sedādo grana iij, v. vel vj.

Dolorem & inflamationem sedabunt succus cicutę solani, vel semperuiui mai. ex panno lineo hæmorrhoidibus appositus prægressis generalibus remedis phlebotomia& purgatione

tione. VEL

Acc. vng. popul. vng. basilici diapompholigos, & opij an. partes æquales misce & loco dolenti admoue. VEL

Acc. rad. ari sub. cineribus coctæ q. s. pistetur & cum butyro rec. incorporetur addendo opij parum fiat cataplasma quod dolori adhibeatur.

Suffitus ex lateribus ignitis, vino austero vel aceto forti inspersis ano exceptus secundum artem, dolorem sedat, sed eo excepto laborans linteo calido inuolutus in lecto recumbat, repetaturque vrgente rursus dolore.

Oleum de vitellis ouorũ, vel

de ſemine lini perſe, vel cum alio medicamẽto adhibita valde conferunt.

Si hæmorrhoides ſanguinem fundentes, vel dolorificæ, interne ſint, ſuppoſitorijs vtẽdum erit materia conuenienti conſtantibus & ex arte confectis, ex ſeuo videlicet hircino addito opio.

DE HERNIA
CAP. XXVI

MVLTÆ ſunt herniarum ſpecies ſeu differẽtiæ de ſumpte vel a parte corporis cui inſidet huiuſmodi tumor, vel a materia ipſis procre-

procreatrice. A parte, quæ ad inguina apparet hernia bubonocele, quæ in ſcroto oſcheocele, quę ad vmbilicum omphacocele, quæ denique in collo circa guttur bronchocele nuncupatur. A materia vero, ſi inteſtina rupto relaxatoue peritoneo in ſcrotum delabuntur enterocele, ſi vero epiploon ibidem decidat epiplocele, ſi tum inteſtina tum epiploon, compoſito nomine entere-epiplocelè dici conſueuit. Cum inter teſtium tunicas dura caro increſcit ſarcocele vocatur. Hydrocelem denique appellamus ſi aquoſus humor in ſcroto collectus ipſũ tumefaciat.

Harum omnium herniæ ſpecierum vnaquæ que proprium & peculiarem exigit curandi modum & rationem , Chirurgica dumtaxat manu & opera indigent ſarcocelè & hydrocelè, hæc apertione & euacuatione aquæ in ſcroto contentæ, illa inciſione & extirpatione curari & ſanari conſueuit: quę ab inteſtinis aut epiploo, vel vtroq; fiunt, eodem remediorum genere curari ſolent . Inteſtinalis quia & frequentior & periculoſior multo eſt reliquis hic curationem tradimus quæ ſiue piploō perſe, vel inteſtinū ſolū ines crotum deſcenderit eadem ad hiberi poteſt.

Impri-

CVRATIO.

IMprimis inteſtina intra abdominis capacitatem continenda, ſubligaculo emplaſtriſque & topicis alijs remedijs aſtringendi facultate pollentibus, quorum multa apud practicos extãt exempla: ſequentia vero mihi tanquam frequenter experta probantur.

Acc. gallarum, nuc. cupr., cort. granat., balauſt, acaciæ, ſem. plantag. pſillij, & naſturtij, cupul. gland. fabarum torreſ., ariſtol. longæ, & rot., myrthill., an. ℥nc. ſ. puluerentur, & in aceto macerentur per quatuor dies deinde exſiccetur, poſtea Acc. conſolidæ mai. & min., caudæ equinæ, glaucij,

scolopend. osmundæ reg. filicis maris, alchimillæ, an. vnc. j thuris, myrrhæ, aloes, mastich. mumię an. vnc. ii, boli arm. aceto lotæ, lap. calam. præp. litarg. auri, sang. drac., terræ sigill. an. vnc iij picis naualis lib. ij thereb. vnc. viij vel q. s. fiat empl. excellentissimum. VEL

Acc. empl. contra rupt., empl. gratia dei. an. vnc. j sang drac., pulu. osmundę regalis, olibani pulu., an. drach. ij cum oleo myrthill. fiat empl. egregium quod applicetur cũ subligaculo & regimine. VEL

Acc. rad. symphyti mai. q. s. coque in vino rubro astringente, coctam pista, & in formã cataplasmatis adhibe. VEL

Acc.

Acc. corticis quercus puluꝰ, q. s. includatur ſacculo lineo debitæ magnitudinis bulliat in vino rubro cui prius incoxerint balauſtia grana ſumach. radix ſymphyti & ſimilia, prędictus ſacculus, modice calens & expreſſus admoueatur herniæ cum ſubligaculo.

Bis in die illinatur hernia oleo philoſoph. ex cera, therebinthina, & cineribus ſarmentorũ.

Inteſtinis in abdominis capacitate continendis non ſolum vſurpãda ſunt externa remedia, ſed & conueniens victus ratio, & aſſumpta per os ſub variis formis. Horum remediorũ quædam hic ſubnectemus magnę in hoc affectu ſanãdo efficaciæ.

Acc. rad. symph. mai. mundatę lib. j coquatur igne lento ad liquoris consumpt. dein pistetur in mortario marmoreo, & cribro transmittatur addendo mellis albi ad pondus radicis, deinde lento igne coquatur ad consistentiam opiatæ, adde sub finem pulueris caryoph. & croci an. drach. j cinam. drach. ij, hæc omnia calide misceantur fiat electuarium cuius sumat quotidie ante prandium & coenam per horam drach. j.

VEL

Acc. rad. symph. mai. unc. ß. cort. citri., myrob. citr., & myrob. sacch. cond. an. unc. ß. rad sigilli salom., iaceæ albę, & nigr. an. drach. ij. rad valerianæ drach. iij. nuc. cupr., cinam., rhabab. torref.

an. drach. j terræ sigill. & chalyb. præp. an. drach. j ʃ. cum ſyrupo conſeru. myrob. fiat opiata de qua capiat quotidie instar castaneæ mane tribus horis ante pastum.

Puluis oſmundæ regalis ad drach. j cum vnc. *j* aquæ ſigilli ſalomonis, & ſigilli beatæ mariæ quindecim diebus continuis curat herniā nō neglectis topicis ſuperius deſcriptis.

Idem præſtat puluis alchimillæ eodem modo ſumptus.

Succus herniariæ cū vino extractus, aut eius aqua ſtillatitia ſumpta nouē diebus continuis, mane, ita percurat herniam vt poſtea numquam reuertatur.

Ad idem plurimum valet fœ-

cula rad. symphyti mai. ad scrup.j. cum aqua conuenienti multis matutinis assumpta.

DE HIDROPE CAP. XXVII.

QVI affectus Grecis ὕδρωψ, idem latinis aqua intercutem appellari solet. Is cum pro causa habeat, alteratricis hepatis facultatis errorem insignem in sanguine conficiēdo pendentem ab ipsius intemperie frigida, siue priuatiua cum scilicet priuatur calore naturali & proprio, abundante tamen præternaturali, siue positiuà si ipsum se ipso frigidius actu fieri conti-

contigerit: prout ex hepatis errore, varia generatur ſaguinis loco materia, varię etiam exurgunt hydropis ſpecies. Si aquã plurimam generat fit Aſcites: ſi flatus Tympanites, ſi denique ſanguinem pituitoſum fit Hyposarcha. Raro hydrops ſiplex hoc eſt vnius ſp eciei inuenitur imo vt plurimu m complexum habet vna ſpecies cum altera, pręſertim Aſcites cum Tympanite, & è contra, nomen tamen habet à ſpecie materiæ dominantis magis apparente.

CVRATIO ASCITIS

HYdropis cuiuſcũque ſpeciei, curat o conſiſtit in victus ratione conuenienti cal-

faciente ſcilicet & exſiccante, &
aquæ potus ſi fièri poſſit abſti-
nentia omnimoda, nec nō ma-
teriæ peccantis euacuatione, &
præterca correctione intempe-
riei hepati inſidentis. Aſcites
omnium hydropum eſt comu-
niſſimus, cuius curationi per-
ficendæ ſequentibus remedijs
ſępiſſime foelici vſi ſumus
euentu.

Acc furfuris, flor. chamæm., & ſtoceh. an. p.j fol. rutæ, ſalu., an. m. j agarici, turbith. an. vnc. ſ. ſem. carth. cont., vnc. ſ. ſummit. roriſm., ciclaminis an m. j vel rad. ciclam. vnc. i. bacc. lauri excort, & cont. drach. vi. ſem. aniſi, fœnic., rutę an drach. j. fiat decoctio

in

in lib. j. colat. adde ol. rut., & lib. an. unc. ij salis comm. drach. i. ſ. fiat clyſter qui iniiciatur aute cœnam. bis in menſe.

Poſtridie à clyſtere iniecto, mane horis quatuor ante prandium ſumat medicamentum aliquot hydragogum quale eſt ſequens.

Acc. rhab. electi tenniſſ. pulu. unc. ſ. aloes electæ drach. ii extracti ſennæ, unc. j turbith. pulu. drach. i. extracti colochynt. ſcrup. j. margar. præp., & coralli albi an. drach. j. diacridij ſcrup. ſ. pulueranda pulluerentur & cum prædictis extractis ſennæ & colochynt. addendo ſyr. de cichor. comp. parum malaxentur & ſimul miſceã-

tur, huius mixturę sumat bis i- menſe modo prędicto. VEL

Acc. fructuum ſambuci & ebu- maturorum an. partes æquales piſ- tentur cum nucleis ſeu ſeminibu- deinde fiat expreſſio cui adde cina- momi & coriandri ad libitum, de- tur ab vnc. j. ad vnc. ij. VEL

Acc. ſucci rad. ebuli drach. iij ſu- mat quarto quoque diè, quindecim aut viginti dierum ſpatio, mane quatuor horis ante prandium, ob- ſeruata interim victus ratione conuenienti. Huius remedij vſu & opè curati fuere duo milites Germani, inſeruientes *Domino de la Force* Aſcite laborãtes qui- bus maximæ commendationi toto curationis tempore fuit omni-

omnimoda potus, & ciborum elixorum abſtinentia.

Sal Iridis ad drach. ſ. ſumptum cum iuſculo facillime per ſeceſſum aquam in hydropicorũ abdomine contentam euacuat. Quod præſtat ſuccus eiuſdem Iridis depuratus, crudus ad drach. ij. ſumptus initio morbi quibuſdam matutinis vel extractum eſulæ ad ſcrup. ij. vel drach. j. ex ſero lactus capr. vel trochiſci alhandal ad ſcrup. ij. in aqua vel decocto cichor. infuſi, vel diaturbith cum rheo exiure cicerum rub.

Topicorum neceſſitas hic ſumma eſt: itaquè.

Acc. ſucci lathyridis lib. ſ. ſucci

esulæ vnc. iiii. misceantur quib
dissolue rad. cyclam. rec. vnc.
diacrid. vnc. ʃ gran. ricini & la
thyridis enucleat. an. vnc. j.
sem. fœnic., rutæ, anethi, bacc. lau
an. vnc. i. trita omnia in succ
præd. macerentur per diem int
grum postea adde axungiæ por
rec. vnc. viii. liquefiant & i
his omnibus sensim dissoluantu
igneque violento coquantur do
nec totus humor absumptus sit &
omnia in vnguenti consistentiam
coeant. Aluum subducit & hy
dropicorum aquas potenter de
trahit, distentum abdomen re
mittit, per secessum purgat si
vmbilicus, imus vẽter, inguin
femoraque eo oblinantur, pe
vomitum vero, si ventriculus.

Hydropicorum abdomini diſtento, relaxando expertus aliquando ſum cataplaſma ſequens, ſuperiore vnguento in euacuando mitius, nec tamen inutilè.

Acc. ſalis nitri fellis bubuli. vel taurini, an. vnc. j. piperis pulu., vnc. ſ. miſce cum melle & fiat cataplaſma quo emplaſtretur venter inferior ab vmbilico ad pubem.

DE LIENIS DVRITIE CHAP. XXVIII.

FRigidæ hepatis intẽperiei, quam capite ſuperiori immediatam hydropis cauſam conſtituimus, non raro occaſionem contribuunt lienis affec-

tus & præcipuè ipsius obstructio a qua infinita corpori humano succedunt incommoda; huius accidens frequentissimũ est tensio & duritres cum dolore maiore minoreuè: huic duritrei & tensioni tollendæ ea vsurpari debent remedia tum interna tum externa quæ impactum & obstruentem crassum succum & melancholicum incidere, attenuare & discutere apta sunt. Ex externis sequẽtia mihi maximè probantur & experta sunt.

Acc. succorum rad. bryon. & cyclam. an. vnc. iiij. succi rad. iridis ebuli. & tamarisci an. vnc. ij. pradicti succi extrahi debẽt

affuso

affuſo vino in quo extincti fuerint lapilli vel marchaſitæ. *Olei de cappar. & irini in quo centaurium minus parum bullierit an. vnc. vj. axungiæ anſer., medullę cruris vituli, & butyr. rec., an. vnc. ſ. bulliant lento ignè ad ſuccorũ conſumpt. addendo gummi ammon. aceto ſcillit diſſol. vnc. vj. bdellij, thuris, opopan. an. vnc. ij fiat maſſa ex qua formetur empl. magnitudinis & figuræ conuenientis pro liene.* VEL

Acc. ſummit. abſynthij, verbenæ, beton., menthę, matricariæ centaurii min., fol. lauri & roriſm. an. m. j. maioranæ thymi an. m. ſ. cort. rad. capp., rad. fœnic, an vnc. iiij. macerentur

omnia in vino albo, horis xxiiij. bulliant ad medias, postea contũdantur & per pannum rarum transmittantur, deinde admoueantur igni lento, coquãtur ad spissit. mellis tunc adde pulu. cinam., caryoph., & nuc. mosch. an. unc. ſ. flor. chamęm. unc. ij. calcis vinæ, sulph. & tegularum antiq. an. unc. ſ. ol. amygd. amar. unc. ij. mastich. unc. j. picis & ceræ an. q. s. fiat massa empl. è qua formetur empl. formę & magnit debitę, regioni lienis admouendum & octauo quoque die renouandum.

Si quando emplastrum deponere animus est, ipsius vice litus, sequens est optimus.

Acc. anserem unum iuuenem

&

& pinguem, deplumetur, euiſceretur & aqua vitę abluatur ipſiuſque venter infarciatur, radicibus liliorum, alth., folijs ceterach, & ſcolopendrię, floribus vel folijs tamariſci, Gumm. Bebell., ammon., galban. dein aſſetur, pĩguedo effluens excipiatur vaſè terreo vitreato in cuius fundo parum aceti repoſitum ſit. hoc liquorè illinatur regio lienis calide bis in die.

Interna remedia lieni deobſtruendo accommodata neceſſario hepar ab infractu & obſtructionibus etiã liberant, ſũtquè tum ad hydropem, tum ad fœdœ virginum colores vtiliſſima, inter quę maximè mihi laudatur ſal fraxini ad grana x.

vel xv ſumptum ex vino aut iuſculo: & pilulæ ſequentes.

Acc. gummi bdellij, & ammon. in aceto ſcillit. diſſol. an. vnc. iij. benioini vnc. j. ſ. aloes electæ vnc. iiij. myrrhæ electæ & maſtich. an. vnc. j. croci pulu. drach. iij. omnia ex artè parata miſceantur & incorporentur cum ſyr. de abſynth. fiat maſſa quę inuoluatur aluta, oleo aniſi imbuta, ex drach. j. formentur pil. vj. capiat duas paulo antè coenā diebus alternis.

VEL

Acc. fol. dictamni, mentaſtri, & ſabinæ, ſicc. an. drach. j. rad. valerianæ & angelicę an. ſcrup. ij. croci & cinam. an. gr. xv. gummi ammō. bdell., galbani an. drach.

ij opopan., myrrhæ, assæ fœt. an. drach. j. ſ. puluerentur omnia tenuiſſime addẽdo ſalis arthẽ. vnc. ſ. ſpir. thereb., & eſſentiæ ſabinę an ſcrup. j. miſce excipiantur omnia ſyrupo de arthem. fiat maſſa ex cuius drach. j. formentur pil. vj. capiat vnam aut duas alternis diebus vt ſupra. Proſunt obſtructionibus & menſes mouẽt.

DE MESIVM SVPPRESSIONE

CHAP. XXIX

HVius affectus incommoda tot & adeo grauia ſunt vt ipſius curatio nullomodo ſit negligenda ſed omni artè procuranda, ſolet autẽ

plerumquè a lienis & hepatis obstructionibus proficisci, sicut & vicissim ab huiusmodi menstruę purgationis suppressione, ob refluentem remeantemqué ad suum principium, hepar nempe, sanguinis copiã ipsius calor naturalis obruitur & pene suffocatur, vnde multarum cruditatum in partibus naturalibus generatio obstructionum parens: nec solum obstructio a crasso viscido & lento sanguine, sed etiam ea quæ a multo & nimia copia reduudãte fieri cõsueuit & menstruã supprimere solet purgatiouẽ sicut & frigidior vteri intemperies a qua debilitatur ipsius ex-

pultrix facultas, & plereque aliæ causæ, quarum communior & frequētior cum sit crassi lēti & viscidi sanguinis, venas præcipue vteri obstruentis vitium, huic præcipue curandę sequentia dirigentur remedia.

CVRATIO

VIctus ratio inprimis obseruetur calfaciens & attenuans, dein obseruandum quātum fieri potuerit exacte, tēpus consuetum eruptionis seu purgationis menstruæ in foeminis eam pati solitis, &per octo dies aut decem ante, vtatur remedijs sanguinem crassum attenuantibus & incidētibus, viasque obstructas reserantibus: huiv

modi ſunt decoctum ligni guaiacini mane ad vnc. viij. aut x. ſumptum cui ſuperdormiendum ſi fieri poſſit, ſudoreſque nulla arte prouocãdi. Ad idem, conducet ſed multo infirmius decoctum cicerum rubeorum eodem modo vſurpatum.

Menſes item foeliciter mouet decoctũ betonicæ ad vnc. iiij. ſumptum mane & veſperi calide, quibuſdam diebus ante ſolitam eruptionem VEL

Acc, ſambuci quatuor ſummitates tenerrimas, matricar., cap. ven., an. vnc. v. coquantur in ſuff. quant. aquæ comm., in vnc. iiij. colat. diſſolue croci pulu. ſcrup. ſ. ſumat mane, & veſperi longe à cibo

cibo, continuet quibuſdam diebus.

VEL

Acc. bacc. lauri excort. & exſicc., pimpinellæ, ſicc. & cardamomi pulu. an. vnc. j. ſ. galangæ, cort. exter. arantiorum an. vnc. j. fiat puluis omnium, cuius drach. ſ. diſſoluatur q. s. vini albi ſumat mane & veſperi horis quatuor longe a paſtu.

VEL

Acc. ſplenem bouis integrum incidatur in fruſta, inciſum inijce in vas vitreum ita vt ad medietatem vſque impleatur addendo cinam. craſſiuſcule contuſ. vnc. j. caryoph. vnc. ſ. croci drach. ij. vini albi generoſ. & probe maturi quantum ſufficit ad humectãdam materiam bulliant in balneo mar.

igne feruentiſſimo per xxiiij. horas donec ſplen in particulas minutiſſimas coctus & conſumptus fuerit magnaque iuris exquiſitiſſime cocti & fragrantiſſimi copia reſtet, de quo ægra ſumat mane vnc. iiij. continuando per tempus prædictum.

Hoc remedium maxime a D. Quercetano Archiat. regio laudatur mihique tanquam expertum probatur non ſolum ad menſes mouendos ſed & ad lienis obſtructionē cum duritię.

Menſes facile mouet Eſſentia ſabinæ ad ſcrup. j. cum vnc. ij. vini albi ſumpta, mane ieiuno ventriculo multis matutinis.

Poſt quam per octiduum vſa

fierit

fuerit remedijs prædictis simpliciter alterãtibus, nec ex ipsorum vsu menses procedant, vti poterit sequentibus euacuandi facultate prèditis

Acc. aßæ foet. drach. j. castorei & trochisc. de myrrha an. scrup. j. dictãni eret., ceterach. an. scrup. ſ. zinz., caryoph., an. drach. vij. diagrid. scrup. ſ. malaxentur cum syrupo de arthem. fiat massa pil. cuius sumat drach. j. quotidie mane donec menses erumpant. VEL

Acc. syr. ros. sol. vnc. j. ſ. bened. lax. drach. ij. trochisc. de agar. drach. j. trochisc. de myrrha drach. ſ. vini albi maturi vnc. iii. fiat potio quam sumat mensium fluendorum tempore. Multa aluo

vacuabuntur multumque fluẽt menſes. VEL

Acc. bacc. iunïperi contuſ. ℥nc. j. ſummit. abſynthij, arthemiſiæ rutæ, ſabinæ, an. tertiam partem M. i. rad. rubiæ mai. ℥nc. ſ. bulliant in q. s. aquæ ad medias, in colat. ℥nc. ii. diſſolue trochiſc. de myrrha drach. i. ſ. ſyr. de arthem. ℥nc. ſ. fiat potio quã ſumat paulo ante tempus eruptionis.

Toto prædictorum remediorum vſus tempore fiat frictio femorum & tibiarum inferiora verſus cum linteis aſperioribus donec prædictæ partes rubeſcere incipiant. Poterunt etiam inſtitui lotiones prædictarum partium & fotus imi ventris ex decocto

decocto cõueniente & accommodato, necnon ſemicupia ex eadem materia.

Si ex prædictorum remediorum vſu, & ſerie, non ſuccedat optatus euentus tundenda erit vena vtriuſque malleoli, ſic enim duplex ſuccedet laboranti commodum, nempe redundantis ſanguinis euacuatio, & naturæ motus pro ſanguine menſtruo euacuando, ad vterum directio, quæ duo fere ſemper vno & eodem tempore contingunt.

DE IMMODICO MENſium fluore.

CAP. XXX.

NON leuius ab immoderato prædicti sãguinis profluuio, quam à parciori ĩminet foeminis periculum. Cui pręcauendo præsentiſſimum eſt remedium herba quã burſam paſtoris vocant piſta & cordis hepatiſque emunctorijs adhibita, necnon in peſſi formam vuluæ indita, necnon emplaſtrum cap. ſequenti de vteri præcipitatione de ſcribendum.

DE VTERI PRÆCIPItatione.

CAP. XXXI.

VTERVS in mulieribus aliquando adeo procidit vt extra corpus per puden-

pudendi rimam prolabatur & appareat, ſaccique inſtar depē-deat: qui affectus vteri prolapſus, procidentia, vel præcipitatio vocari conſuenit, pendetque potiſſimum ab humidate multa, ipſius ligamenta relaxante, a partu laborioſo, vel a caſu abalto: hic affectus, plerumque ſola turpitudine, pondere, & impedimento quod inter deambulandum afferre ſolet moleſtus eſt, niſi forte vterum extra corpus diutius remanentem inflammari aut corrumpi contingat: plureſque foeminæ huic prolapſui obnoxiæ, vtero intus remiſſo concepère conceptumque foetum, ad parien-

di tempus vſque, citra prolapſum foeliciter retinuerunt & pepererunt.

CVRATIO

CVrandi ratio in eo conſiſtit, vt vterus ſuo loco natiuo reſtituatur, quod ſi ipſius inflatio reſtitutionem impediat diſſipanda erit fotu ex decocto flatus digerēte: mox ne recidat inſpergendus erit vter⁹ pulueribus ſtypticis, & maleolente vapore ſuffiēdus: poſtea anticæ & poſticæ vteri regioni, lumbis nempe & pubi erit admouendum emplaſtrum ſequēs, quod tum vtero continendo, tum abortui præcauendo tum menſtruis copioſius fluentibus ſiſtendis

ſtendis maxime eſt efficax mihique expertum.

Acc. nuc. cupr., Gallarum, roſ. rub., balauſt. an. vnc. ſ. boli arm. aceto lotę vnc. ii. ſ. maſtich. vnc. i. ſang. drac. terræ lemn. an. vnc. ſ. ceræ q. s. excipiantur omnia mucilagine gummi tragach. extracta cum aqua plantag., addendo vng. comitiſſę q. s. fiat maſſa emplaſtri vel cerati ſeruetur vſui præſcripto.

DE CALCVLO RENVM & veſicę.

CAP. XXXII.

EX Calculo ſiue in renibus ſiue in veſica exiſtente, periculoſa ſubſequit ſolēt

accidentia, obstructio nempe in viis vrinæ excernendæ dicatis, quã sequitur ipsius vrinæ suppressio lethalis, aut partium in quibus calculus continetur, aut per quas exitum natura molitur, ob crassiorẽ ipsius molem asperitatemque & scabritiem inflammatio, doloresque & cruciatus accerbissimi. Quare non solum huius affectus curatio sed etiam præcautio summae curae esse debent.

CVRATIO

CVm iisdem remediis præcaueantur morbi quibus curantur, ad hibita solum validioris vel remissioris differentia, nos hic vtrique scopo accõ-

modata nobiſque foelici ſucceſſu experta & probata remedia deſcribemus, eo affixo conſilio vt nunquam ipſorum vſus ineatur, quin in præcauendo corpus prius leui carthartico, primam & ſecundam corporis regionem blande expurgante fuerit vacuatum: in curando vero præter hæc viæ laxiores & patẽtiores factę fuerint balneo aut ſemicupio vt artis eſt vſurpato.

Acc. cort. mediani radicum geniſtæ ſpinoſæ, vel eryngii vnc. i. piſtetur cum vino albo deinde fiat fortis expreſſio quam ſumat horis quatuor ante prandium. VEL

Acc. rad. raphani, ſtipitum fa-

barum rec., parietar. potentillæ vrticæ minutæ cum ſua radice an. partes æquales: diſtillentur per alembicum vitreum in balneo mar. ſeruetur aqua in vaſe vitreo bene obturato, cuius doſis cochlear j. pro pueris, pro adultioribus vero & prouectæ ætatis vncia j. cum eadem quantitate decocti cicer. rub. pariet., vel ononidis.

Aqua rad. raphani & vrticæ ſimul diſtillatarum ad vnc. j. ij. vel iij. ſumpta idē pręſtat. VEL

Acc. ſiliquarum fabarum rec. ablatis fibris & extremitatibus q. v. diſtillentur, aquæ ſtillatæ ſumat laborans vnc. ij. doloris tēpore: intra horam emittet vrinam aut calculum. VEL

Acc.

Acc. vitri criſtallini igniti & multoties extincti in aqua graminis ſaxifrag. vel eryngii q. v. pulueretur tenuiſsime, deinde ter quaterue abluatur puluis aquis prędictis & exſiccetur cuius doſis drach. i. vel ii. cum parua quātitate hordeati ſaccharati. Calculum a renibus & veſica elicit intra dimidium diem, quod ego ſæpe expertus ſum.

Idem præſtat decoctum vel aqua agrimoniæ vel betonicæ per ſe, vel vino potui dicato miſta.

Acc. pulu. cicadarum abſtractis capite pedibus & alis drach. i. vel ii. diſſolue vino albo, ſumat mane, aut qualibet hora vrgente dolore.

Sanguine vulpis tepido intinctus pannus lineus & calido pectini admotus, vel vreterum regioni, maxime calculi exclusionem iuuat & promouet.

Aqua stillatitia beē albi cum toto ad vnc. ij. sumpta horis 4. ante prandium quibusdam matutinis, prodest. VEL

Acc, rad. ononidis drach. vi. gummi cerasi siluestris, antheræ an. drach. iii, sem. anisi, liquiritiæ, cinam. an. vnc. i. sacch. candi vnc. iiii. pulnerentur & misceantur simul, sumat drach. ii. cum vino albo mane ieiuno stomacho semel aut bis in hebdomada horis tribus ante iusculum decocti pulli cum radicibus diureticis. VEL

Acc,

Acc. radicum acetosę, eryngii, petros., fragar., & ononidis puluerat. an. drach. i. polyp. querc. cuscutæ chæmæpyth. & alcheken. gi pulu. an. drach. ii. milii solis scrup. iiii. cort. tamarisci drach. vi. fol. sennæ vnc. i. pulu. hierę vnc. ß. agar. albi drach. i. ß. zinz. & cinam. an. scrup. i. diagrid. scrup. ii. turbith gummosi, hermodact. an. drach. ß. bened. lax. drach. v. liquir. rasæ drach. i. succi rad. bryon. q. s. fiat massa: de qua capiat drach. i vel scrup. iiii horis quatuor ante prand. per se vel cum iusculo, bis in hebdomada.

Puluis sequens maximi est iuuamenti tum ad pręcauendum tum ad curandum hunc affectũ.

Acc. tunicæ interioris ventriculi galinæ, stercoris albi eiusdem an. unc. ſ. pulu. pellicularnm internarum in putaminibus oui repertarũ drach. ij herniarię cinam. an. ſcrup. iiij nucl. meſpil. ſem. aniſi & foenic. an. drach. i. pulverentur tenuiſſime & miſceantur, eius doſis drach. ſ. vel drach. i.

Tum lubricandæ excretionis calculi renalis viæ, tum vrinę difficultati a quacumque cauſa ipſa procedat, maxime confert iuſculum ſequens.

Acc. butyri rec. inſtar nucis iuglandis diſſolue unc. i vini albi ſumat iuſtar iuſculi mane longe a cibo vel butyrum per ſe deglutiatur cui ſuperbibatur prædicta vini

alb

albi quantitas, vel amplior pro libito.

DE ARTRITIDE
CAP. XXXIII.

ARTHRITIS est articulorum dolor ex interuallis fere inuadēs, ab aliqua humorum fluxione vel congestione excitatus, cuius causa coniuncta est humor in articulis interceptus, siue acrimonia sua id præstet vt bilis, siue frigiditate vt pituita, siue asperitate vt gypsea materia, siue denique distentione membranarum & ligamentorum: quod ab omnibus humoribus contingere poteit, est que frequentissima huius affectus causa.

CVRATIO

HVius affectus, ſicut & aliorum omnium præcautio, multo eſt laudabilior curatione. Præcauetur itaque debita victꝰ ratione ex Practicarum ampliorum præceptis repetẽdá, & purgatione humorum excrementitiorum ſenſim factá, ne præter modum coaceruata fluxionem fecere valeant. Hoc foeliciter perficiet electuarium ſequens.

Acc. turbith. gummoſi, hermodact. ſennæ an. drach. ij iridis flor. drach. j. cort. citri drach. ij agar. rec. troch. drach. ſ. diacridij ſcrup. i. caryoph., nuc. moſch., cinam. an. gr. xv., croci ſcrup. ſ. miſce & cum ſacch. aqua bugl. diſſoluto fiat ele-

ctua-

ctuarium in tabellas pond. drach. j capiat vnā semel aut bis in mense cum custodia & regimine. In paroxismo vero, vel præsente dolore, sumat maiorem quantitatem nempe drach. i. ſ. ante omnia, deinde veniendum erit ad topica inferius describenda.

Caryocostinum huic morbo inueterato summe prodest vt ego multoties expertus sum: cuius virtutes extollit Bairus lib. 18. cap. i. qui hoc morbo a a multis annis cruciatus, solo caryocostino curatus fuit, cuius dosis vnc. ſ. cum debita victus ratione, & medicamenti iteratione quibusdam mẽsibus semel aut bis in mense. Eiusdem pul-

uis officinis iam ſatis frequens eodem modo poterit aſſumi ad drach j aut ſcrup iiij.

Pręſente & vrgente dolore, prægreſſaque purgatione vniuerſali ſi, dolor pendeat a materia frigida vtere ſequentibus.

Acc. tartari liquidi ex vino albo quartar. j. rad. ebuli contuſ. lib. j. rad. graminis pulueratę, lib. ſ. roſ. rub., flor. ſambuci an. vnc. j. panis albi vnc. iiij fuliginis vnc. iij. aceti vnc. iiij. aſari drach. j. miſceantur lentoque igne coquantur aliquantulum, fiat cataplaſma quo emplaſtretur pars dolens bis aut ter in die.

Arthitico dolori a materia calida, ſecuriſſimum & multoties a mę expertum eſt ſequens

ceratum.

℞ *Acc. ceræ albæ unc. j. croci pulu. drach. j. opii grana iiii. olei ros. q. s. macerentur opium & crocus cum lacte uaccino uel caprino deinde terantur & incorporētur cum cera & oleo, fiat ceratum quo emplastretur pars dolens.*

Vrgente maximo cruciatu ad fortiora ueniendum.

Acc. olei ros. unc. iiii. opii drach. i. sem. hiosc. & papau. albi an. drach. ii. cort. mandrag. & sem. apii an. drach. j aceti drach. ii misce fiat linimentum quo pars dolens liniatur calide.

Si cum dolore adsit inflammatio, nec tamen dolor adeo atrox & clamosus.

Acc. cort. granat. m. ij. coquantur in vino ad dissolutionem usque, deĩde Acc. fol. semperuiui mai., & summit. tenerimarum rubi an. M. j. pistentur & extrahantur succi qui cum vino prædicto misceãtur, & addito farinę hordei m. j. fiat catapl. admouendum parti dolenti & amouendum antequam exsiccetur,

Aqua stillat. rad. ebuli pacat dolorem arthriticum si panni linei ea imbuti adhibeantur dolori sæpe, cauendo ne exsiccentur.

Podagram maxime placant folia Arthemisiæ viridia cum sale, aceto forti, & melle cocta dolorique adhibita, additis si pedes tumidi sunt chamæmeli floribus.

floribus

Admonitos hic velim tyrones arthritidis nomine non ſolum hic intelligi eum dolorem qui omnes, vel plurimas ſimul corporis articulationes occupat, ſed & particularem cuiuſuis articuli: cui remedia prædicta indiſcriminatim poſſunt adminiſtrari: obtinuit tamẽ vſus vt qui in iſchio fit, quem iſchiadicum vulgus vocat peculiarẽ exigat curandi modum. Huic nos ſequentia frequenter experti ſumus remedia.

Purgetur humor peccans catharticis præſcritis, vel ſequẽti.

Acc. decocti ſennę vnc. ij. ſ. elect. de ſucco roſ. vnc. ſ. miſce ſumat vt

supra. DEINDE

Acc. axungiæ taxi & vulpis an. vnc. iij. olei mastich. vnc. ii. ol. de spica vnc. j aceti drach. iij. misce vngatur pars affecta calide. VEL

Acc. flor. lauri, lauendulę, saluiæ maioranæ, & rorism. an. p. j macis vnc. i. macerentur in lib. iiii. vini albi horis 24. postea ponãtur in alẽbico vitreo cũ cyatho vno aq̃ros. distil. igne lẽto aqua & oleo stillat. illinatur loc⁹ dolens mane & vesperi.

Foueatur frequenter pars affecta decocto granorum iuniperi chamęmeli & arthemisiæ, & præcipue ante litum ipsius.

Sequen sremedium expertum erat & probatum D Brieto apud Burdigalenses, medico doctrina &

na & multiplici experientia insigni, mihique quondam ab ipso communicatum & sæpius expertum foelici successu.

Acc. therebinth. & butyri rec. insulsi an. unc. viii. misce fiat linimentum ex arte, addita sub finē aquæ vitæ uncia una. Hoc linimento liniatur pars dolens iuxta ignem luculentum prægressis universalibus remediis venæ sectione scilicet ex vena ischiadica è directo & purgatione si opus fuerit.

DEINDE.

Acc. resinę, picis, colophon., seui hircini & ceræ an. lib. ſ. bulliant cū pari pondere vini albi generosi donec vinū euanescat: refrigeratis adde pulu., mastich. unc. ii. camph.,

vnc.ſ. fiat empl, quod extenſum ſuper alutam parti affectæ admoueatur & quotidie detergatur & renouetur.

Linimẽti præſcripti vice multum conferet illitus partis dolẽtis calide ex balſamo noſtro in appendice ad finem huius operis deſcribendo.

TOPHACEAM ſeu gypſeam materiam quæ frequenter in arthriticorum articulis concreſcere ſolet, egregie emollit diſſoluit & reſoluit cataplaſma ſequens.

Acc. coccarum orientalium quas gallicè vocamus coques de leuant, & mirrhę an. lib. ſ. puluerentur & ſimul miſceãtur cum aceto forti &

in formã cataplaſmatis adhibeãtur.

ARTHRITICO dolori maxime cõgener eſt is, qui circa malleolos, genua, vel digitos manuum, pedumque articulos ſolet contingere, ex contorſione, & ligamentorumhorum membrorum articulationes connectentium diſtenſione, & elongatione. Quem dolorẽ ſic ſedabis.

Acc. mellis cocti deſpum. lib. j. pulu. bacc. lauri, pulegij foenugr. an. vnc. iij. miſceantur & calefiant parum, partique affectæ cum ſtupis admoueantur. VEL

Acc. cineris ligni querni q. s. incorporetur cum oleo communi fiat cataplaſma quod admoueatur parti affectæ bis in die.

ARTHRITIDIS species quædam est dolor ille qui circa humeros ex pituitę tenuis ab externis capitis partibus ad inferiora decubitu fieri consueuit: quãuis proprio nomine a practicis non sit insignitus. Huic si medearis, statim ischiadem vel podagram sine dubio præcauebis. Proderunt itaque remedia sequentia.

Folia rutæ cocta in aceto forti deinde pista, in formam cataplasmatis loco dolenti admoueantur.

VEL

Acc. florum genistæ rec. & butiri rec. an. lib. j. bulliant simul igne lento donec butyrum acquirat colorem flauum deinde fiat fortis expres-

expressio & fiat vnguentum pro parte dolente. VEL

Acc. pulu. bacc. lauri q. s. incorporetur cum suffic. quanti mellis comm. liquidi fiat catapl. VEL

Acc. mellis flaui liquidi q. s. illinatur pars affecta, deinde aspergatur & synapisetur puluis calcis quantum mel poterit excipere & inuoluatur panno lineo idque semel tantum in die donec dolor sedatus sit.

DE PESTE
CAP. XXXIV

NOSTRI non est instituti, pestis naturam causas, signa & quamplura alia quæ ad ipsam attinẽt hic fusius

explicare & perſequi, ſed ea tãtum remedia publici iuris facere, quæ nobis in eá tũ præcauẽda, tum curanda maxime ſunt experta & probata.

Opiata a peſte præſeruãs. *Acc. conſeruæ florum bugloſſi, conſ. flor. vetonicę alias oeuillet, & cort. citri ſaccharo cõditi an vnc. j. pulu. diamarg. frig., & elect. de gemmis an. vnc. ſ. terræ ſigill., boli arm prep. an. ſcrup. j. raſuræ eboris, cornu Cerui, Coralli rub. præp. an. ſcrup. ſ. Theriacæ drach. ij. cum ſyr. conſeru. citri fiat opiata de qua capiat quotidie inſtar auellanę, ſuprabibẽdo parum vini, ad præcautionem.*

VEL

Acc. rad. Angelicæ, tormentillę an.

an. drach. j. boli arm. præp., terræ sigill. an. drach. ſ. ſem. acetoſę & citri an. ſcrup. j. ſantali citr., coralli rub., ligni aloes, an. ſcrup. ij. cinam. caryoph. macis an. ſcrup. j. ambr. griſ. & moſchi an. ſcrup. ſ. ſacchari aqua roſ. & ſcab. diſſol. vnc. viij. fiat electuar. in tabell. pond. drach. ſ. capiat quotidie mane vnam.

Ex prædictorum puluerum materia, ſacculi impleri poterũt, regioni cordis adhibendi, necnon globuli confici ſæpius odorãdi. Conficiẽtur autem ex arte, ſi prædicti pulueres, demptis iis quæ nullum emittunt odorem, excipiantur mucilagine gũmi tragach. aqua roſ. extracta.

His ego remediis vſus ſum foelici ſucceſſu tum in mei, tum in quamplurimorum gratiam dũ quõdam Tholoſæ peſte correptorum curationi incumberem. Nec aliis permultis remediis mihi vti libuit, quãtumuis a permultis practicis laudatis, & tum ratione materię, tũ ratione formæ maxime in hoc caſu commendandis, è quorum cenſu, non grauate hic reponam vnum ſingulare mihi a D. Brieto eximiæ doctrinę & experientiæ inſignis Medico Burdigalenſi cõmunicatum & ſummè laudatũ: quod ego non poſſum non laudare & maxime probare.

Acc. Theriacæ opt. vnc. iiij. diſ-

ſolue in lib. ſ. aquę vitæ Repone in alembicum vitreum cuius operculum paulo ſit amplioris orificii quam vulgo conſueuit: Cu curbitam prædicti alembici operi ſex chartæ abbę foliis, quibus ſuperpone prædictum operculum, ita vt vapores ex aqua vitæ eleuati prædicta chartæ folia traiicere neceſſe ſit, antequam ad operculum perueniant & condenſentur: prędicta aqua diſtilletur in balneo mar. igne lento, donec lib. j. liquoris effluxerit. Liquorē hunc in duas partes æquales diuide, vni quæ erit lib. ſ. adde cinam. opt. vnc. j. ſ. ambræ pullæ drach. ij. moſchi opt. drach. j. rad. angel. drach. iij. zedoar. & ireos flor. an. drach. j.

reponantur omnia in vas vitreum angusti orificij, stet in infusione per quatuor aut quinque dies, dein adde aquæ ros. unc. iiij. rursum vas exacte obturetur, hecque aqua seruetur usui: que est optimum & probatissimum remedium ad præseruationẽ a peste, si ipsius cochlear unum mane ieiuno ventriculo sumatur, & gossipium ea intinctum, toto diei decursu frequenter odoretur

DEINDE

Acc. prædicti liquoris stillat. partem residuam quæ est etiam lib. ß, repone in phialam vitream, infunde stibij secũdũ Mathioli descript. præp. & subtil. pulu. unc. j macerentur per dies octo, dein separa aquam per inclinationem, cui adde

liquoris

liquoris ſuprаſcripti in quo ambra, moſchus, & reliqua aromata fuere diſſoluta vnc. iiij. ſacch. cãdi pulu. vnc. vj. repone ſuper cineres calidos donec omnis aqua exhalarit, quod erit reſiduum, pulueretur & humectetur aqua roſarum in qua diſſolutum fuerit gummi tragach., redigatur in paſtam ex qua formentur tabellæ pondere drach. ſ. ſeruãdæ in loco calido vt exſiccentur. harum tabellarũ vna aut altera ſumatur frequenter, ſcilicet ſaltem bis in hebdomade ab iis qui præcaueri cupiunt a peſte. præcipue ſi cũ peſte correptis familiariter verſari coacti ſint, tempore autem intermedio vtantur liquore præſcripto.

Hæ tabellæ ad drachmam vnã exhibitæ, vel aliam dosim, pro varietate virium & ætatis, necnon morbi contumacia, optimæ sunt ad curandos quosuis morbos purgatione indigentes, & deploratos, pestis seminara euellunt, & euacuant a corporibus: multorum enim experimẽtis stibij vsus prædicatur in peste.

Hactenus prophilactica pestis remedia nobis experta reposuimus. Correptos sic curabis.

Si pestilens febris cum calore inuaserit, propinetur cochlear vnum aceti rosati optimi cum scrupulo vno pulueris rad. angelicæ & bene tectus in lecto sudet

ſudet. Si vero cum rigore, ſumat tantundem pulueris præſcripti cum vino albo, vel aqua cardui bened. & tegatur vt ſupra.

Prędicti pulueris vicè ſumere poterit drach. j theriacæ electę. Neque ſolum in initio, verum etiã toto morbi progreſſu, tum his tum alijs alexipharmacis ſuperius deſcriptis erit vtendum: quorum ope & beneficio, natura malo vincendo, venenoque ad exteriores partes pellẽdo ſufficere queat. Quod contigiſſe demonſtrabit tumor in emunctorijs, aut circum ipſa apparẽs, quem vulgus peſtẽ, medici vero bubonẽ apellare conſueuerunt.

Huic tumori ſtatim ea reme-

dia admouenda & excercenda, quæ venenum magis ac magis in eam partem, tanquam locum a naturá deponẽdo humori venenato destinatum attrahant. Itaque

Acc. theriacę vet. & prob. q. s. vngatur pas affecta calide manibus fricando donec penetrare videatur: postea admoue pipionẽ viuum per medium sectum, remouendum cum viridescere ceperit. Tũc.

Acc. axungiæ porci sine sale vnc. iij herbæ gratiolæ rec. vnc. ij. pistentur simul & emplastretur pars affecta bis aut ter in die. VEL

Acc. magnum cepe crudum, excauetur, cauitas impleatur theriaca veteri & probata, supertegatur. & sub.

ſub cineribus calidis coquatur, calide piſtetur & parti affectæ adhibeatur, renoueturque donec pars affecta rubeſcat, tendens ad ſuppurationem, quo tempore adhibeãtur ſuppurantia, & poſt apertionem curetur ordine aſſueto. Non eſt autem expectãda apertio per ſe, ſed cauterio actuali, vel ſcalpello, fieri debet.

DE LVE VENEREA CAP. XXXV.

VENEREÆ luis hiſtoriam hic ex profeſſo omittimus, fuſe & ample ſatis explicatam a variis, iiſque doctiſſimis practicis pleriſque. Noſtri inſtituti eſt curatiua ipſius remedia quæ nobis ple-

rumque & foelici ſucceſſu fuere experta hoc in loco tradere publicique facere iuris. Itaque.

Si adſit plethora mittatur ſanguis, è baſilica dextra pro medici aſſidētis arbitrio & ſanguinis vitio: emollita prius aluo per clyſterem communem: deinde purgetur pilulis coccijs, aureis, & ſine quibus. poſtremo utatur diȩta ſequenti.

Acc. raſurȩ ligni ſancti lib. i. ſalſȩparill. vnc. iiij. rad. chinȩ vnc. ij. fol. ſēnæ vnc. iiii. ſem, aniſi vnc. iij pulverentur omnia, & reponătur in vas vitreū, vel terreū vitreatū debitæ capacitatis cum lib. xxxij. vini albi: macerentur octo dieb⁹ in cella vinaria vaſe probe obturato dein-

dēīdecolētur colatura seruetur vsui Cui⁹ sumat vnc. vj. mane, & tantūdē vesperi, per debitum dierum spatium quantum morbi magnitudo indicauerit. Magmati superaffuse lib. viij. vini albi & per octiduum aliud maceratæ erūt pro decocto secundario VEL

Acc. sassafras, sals. par., & apios an. vnc. iij cumini & granorū paradisi an. vnc. ii. turbith. drach iij hermodact. vnc. s. fol. sennæ vnc. iii. coquantur omnia lento igne in lib. xij. aquæ ad cōsumpt. tertię partis, colatura seruetur de qua sumat bis in die mane & vesperi vnc. vi. pro dosi, sudando & debitam victus rationem obseruando. VEL

Acc. rasuræ ligni sancti vnc. iiij. cort. eiusdẽ vnc. ij. fol. sennæ vnc. iii. liquir. vnc. i. sem. anisi vnc. s. polypod. querc. vnc. i. s. agarici drach. i. rhabarb. drach. ij. turbith., hermodact. an. drach. vj. sem. carth. cont. vnc. j. vini albi lib. vj bulliant lento igne ad medias: sumat in sex doses mane, sudet duabus horis, postea surgat & deambulet duarum horarum spatio ante prandium: exeat a prandio si velit, dummodo tempus sit serenum, non nebulosum, nec pluuiosum.

Harum alterutra decoctione vti optimum erit, adhibito tamen fortioris vel imbecillioris discrimine, pro morbi natura & ægri viribus: facile autem earum

 formu-

formulas inueſtiganti, erit earũ vires diſtinguere.

Quamuis ex prædictarum decoctionum purgãtium & ſudores mouentium vſu, aliquod ſenſibile in lue venerea leuamen ſentiri poſſit: Maxime tamen ſuſpecta eſt huiuſmodi curatio, vtpote quæ morbi radices vix educat. Quare non immerito maiores noſtri ad perfectã huius affectus extirpationem hydrargyri vſum approbauerunt: idque præcipue in vnguentis, & frictionibus: quas ego non improbo, nec ipſorum exãpla trado, plura enim extãt apud autores, hic tantum in delicatiorũ gratiam, vnum aut alterum hy-

drargyri pręparandi modũ tradam, cuius beneficio ipsum assumi possit non solum innoxie, verum etiam commodissime & vtilissime, orisque fluxio vel perfecta crisis absque solito illo frictionum tædio promoueri. Nec solum huic affectui vtilis futura est huius remedij assumptio, sed & omnibus ab humorũ corruptione genitis, blande enim & per inferiora tantum purgat, nec oris fluxum nisi repetitis & iteratis ipsius assumptionibus mouet.

Flores Mercurij *Acc. sublimati ponderosi, lib. j. pulueretur in mortario marmoreo cũ pistillo buxeo ore & naribus linteo duplicato occlusis,*

ſis, pulueri adde Mercurij crudi per corium traiecti tantundem, agitentur diu ſimul & miſceantur donec hæ duę materiæ ita ſint inuicem confuſæ, vt mercurij ne minima pars appareat: dein vas impleatur aqua fontana, vel pluuiali & cum piſtillo moueatur agitetur, & abluatur, dein effundatur, per inclinationem aqua, & noua ſuperaffundatur, ablutioque prædicta itererur donec aqua ſit inſipida & omnis acrimoniæ expers, quod fiet circa quindecimam ablutionem. predictę materię ſic per crebras ablutiones dulcoratæ, ſuperfunde aquam fontis vt ſupernatet tres digitos, hæc cum primum turbida fuerit vacu-

etur in aliud vas, & noua ſuper fundatur, idque toties iteretur donec nihil remaneat in fundo vaſis præter fęcem quandā nigram, quę reiicienda eſt tamquam perniciosiſſima. Aquam autem illam quæ reſeruata fuit, lento igne, aut ad ſolem euapora: materiæ in fundo vaſis reſiduę affunde aquæ vitæ q. ſ. aquam vitæ ſuccende & continuo ſpatula agita donec flamma ceſſet: exſicca reſiduam materiam, & ad tertiam vſque vicem ſuperfuſam aquam vitæ accende. Habebis flores Mercurij quorum doſis, ſex, ſeptem, aut octo grana, cum conſerua roſarum vel violarum, repetenda diebus alternis donec oris fluxus. vel perfecta criſis ſubſequatur

præ-

prægressa diæta sudorifica ex materia conuenienti.

VEL

Mercurius albus solutiuus

Acc. sublimati lib. j. salis comm. vnc. viij. pulverentur & simul misceantur in mortario fagino, deinde abluantur aqua fontis donec salsedo nulla in aqua ablutionis percipiatur. Vltimæ ablutioni adde gummi arab. & tragach. an. drach. ß. vel j. tunc sine donec materia resideat, dein effūde aquam per inclinationem, ex residentia formentur pastilli. Dosis a granis sex ad duodecim post purgationes vniversales & modo supradicto.

Plures lue venerea infecti ex Mercurij vt supradictū est præparati vsu, omissa diȩta sudori-

fica conualuere, nec mirum cum ille sit huius luis eximiũ & multa experientia comprobatum Alexipharmacum.

Egregium ſolutiuum in Luis venereæ curatione, eſt ſequens Electuarium.

Acc. florum Mercurij prædicto modo præparatorum, & florum ſtibij an. unc. ij. ſacchari unc. vi. pulu. ireos flor. drach. ſ. miſce fiat electuarium ſecũdum artem. Cuius doſis ſcrup. i. aut plus pro virium ratione per quinque aut ſex dies alternos, cum regimine & cuſtodia die ſumptionis, die vero interpoſita poterit exire foras. Vinum ad medias pro potu erit limphandum.

DE GONORRHOEA

CAP.

CAP. XXXVI

GONORRHOEÆ nomen bifariam intelligitur: proprie enĩ & ſecundum nominis etymologiã, eſt ſeminis fluxio, abſque actu venereo, voluptate, penis tenſione, tum vigilando, tum dormiendo contingere ſolita, ob vaſorum ſpermaticorum imbecillitatem, aut nimiam ſeminis acrimoniam.

Improprie vero, eſt vrinæ difficilis, & cum dolore, atque inflammatione excretio, pendens a foetidorum graueolentium, malignorum & corruptorum excrementorum fluxione, cum paraſtatarum tumefactione &

vlceratione, contracta, ex aëreo, maligno, & venenato vapore. Hancque postremam speciem, nō simpliciter, sed cum adiecto Gonorrhoeam virulentā vocāt practici. Hic vtriusque curationem trademus.

CVRATIO GONORRHOEÆ simplicis.

PVrgetur laborans pilulis sine quibus; postea vngatur regio renum vnguento comitissæ, imponatur lamina plumbea perforata regioni renum, & vtatur ter in hebdomada in introitu lecti puluere sequenti.

Acc. farinæ glandium vnc. iij. Olibani vnc. ʃ. rosʃ. rub. drach. ii. sacch. rosʃ. vnc. iiij capiat drach. iij ex

ex vino rubro diluto aquá polygoni, vel plantag. VEL
Acc. bacc. iuniperi unc. ſ. nucl. ceraſorum drach. ij fiat puluis. Cuius doſis drach. j cũ vino rub. Hora ſomni.

Veſperi foueantur teſtes & perinæum decocto ſequenti.

Acc. iuæ arthrit. & ſaluiæ an m. iii. roſ. rub. p. iiij nucum cupreſſi unc. i. ſ. fiat decoctio in vino rubro pro fotu prædicto.

CURATIO GONORRHOEÆ virulentæ

ACc. mucilag. ſem. pſillij extractæ in aquis roſ. & plãtag. unc. i. trochiſc. alb. Rhaſis cũ caphura & opio drach. ij olei roſ. aceto loti, & unguenti albi refrig.

Gal. an. vnc. i. caphuræ drach. ſ. fiat linimẽtum pro lumbis & perinæo quolibet ſero in introctu lecti.

Acc. hordei integri vnc. iiii. liquir. cont., rad. altheæ & gram. an. vnc. i fol. maluæ, violariæ & plantag. an. m. i. coquantur in aquæ fõt. puriſſ. lib. iii ad medias colaturę adde quatuor ſem. frig. mai. mundatorum & contuſorum an. drach. ii. ſem. papau. albi contuſi drach. i. amigd. dulc. in aqua frigida maceratarum, mundatarum & contuſ. num. xxx: fiat ex arte enmulſio, cuius ſumat vnc. iiii. per ſeſqui horam ante ſingulos paſtus.

VEL

Acc. ſem. hyoſcianii drach. i. ſem. papau. albi drach. i. ſ. ſem. lactucæ drach.

drach.i. sem. melon. mund. scrup. ij. caphuræ drach. ſ. mucilag. sem. psillii extractę in aqua parietarię, mithridatii drach. j. fiat massa è cuius drach. j. fiant pilulæ sex, sumat tres aut quatuor pro dosi quotidie mane, donec tentigo & dolor remiserint, superbibendo unc. iiij. emulsionis suprascriptę. VEL

Acc. pulu. fol. menthæ, dictamni & rad. ireos flor. an. unc. j. pulu. sem. viticis, rutæ, & lactucæ an. drach. j thereb. venetæ unc. iiij. vini albi unc. xx. hęc omnia distillētur balneo mar.: Aquæ stillat. sumat cochlearia duo per aliquot dies præmissa uniuersali purgatione ex Turpetho minerali, Aquila paracelsi, vel Diaromatico fiora-

Acc. fol. acanthi, & maluę hortensis an. m. i. flor. Nympheæ m. iij sem. lini & fenelorum an. vnc. i. ʃ. 4. sem. frig. mai. an. vnc. i. macerentur per diem integrum in lacte asinino vel vaccino, postea distillentur balneo mar. Dosis vnc. iiij. modo supradicto.

DE CARVNCVLA SEV Hypersarcosi vrinæ excretionem prohibente.

CAP. XXXVII

VRETHRAM quæ canalis cõmunis in pene est, tum lotio excernendo, tum semini emittendo dicatus, persępe obstruit carũcula seu hypersarcosis, vlceri ex

ex excrementi acrimonia, & virulentia, ibi in Gonorrhoea virulentia genito & male deterſo aduenīens, atque in ipſius canalis ductu, aut in veſicæ collo, quâ vrinæ ad ipſum patet & naturalis eſt exitus, exiſtens.

CVRATIO

HVius affectus vbiuis exiſtat Curatio, a purgatione leui & blanda, per caſſiam, Catholicum, vel rhabarbarum incohanda, nō neglecta ſanguinis miſſione, & diæta ſudorifica, cuius beneficio ſuperuacuæ totius corporis, necnon partis affectæ humiditates exſiccentur. dein omne ſtudium adhibendum vt tuberculum, ſeu caruncula

obstruens eruatur, absumaturque, & relictum vlcus cicatrice obducatur. In vsus prædictos sequentia mihi sunt experta.

Acc. aloes electæ drach. ij. aristoloch. vtriusque, & myrrhæ an. drach. ſ. tuthiæ præp. drach. ſ. fiat omnium puluis tenuissimus ex quo cum styrace liquida fiat massa quæ emplastri mollioris consistentiã habeat: cuius portio exigua aptetur cauitati existenti in cereolo in vrethram immittendo, qua parte carunculam attingere oportet. Hoc emplastrum carunculæ superiacens, & liquescẽs ipsã absumet. Est autem cereolus modo prædicto apparatus in vrethram indendus, vesperi in introitu lecti

post emictionẽ, ibique: per totã noctem continendus. VEL

Acc. fol. sabinæ in vmbra exsiccatorum & tenuissime puluera-torum drach. i. ſ. emplastri de mucilag. vnc. ſ. misce, & cereolo vt dictum est aptetur. Hoc remedium certissimum est, carunculam omnem tutissime, ac sine dolore sensim exedens, & exsiccans.

Si ex prædictorum remediorũ vsu, dolorem ardoremque, in parte affecta suboriri contigerit ipsorum vice vtendum erit vnguento sequenti.

Acc. cerę albæ vnc. j ſ. olei ros. vnc. v. liquentur simul, liquata in aliud vas transfundantur sensimque affusa atque mutata aqua

frigida diu ſubigantur : poſtremo autem ſemperuiui aut ſolani ſuccus defoecatus ſubigendo affundatur, aut plantaginis & roſarum aqua deinde adde caphuræ drach. i. opij in lacte ſoluti ſcrup. iiii. fiat vnguentum quo illitus cereolus, in vrethram immittatur.

Debent autem huiuſmodi cereoli tum abſumẽtes tum cicatricem inducentes, tum dolorem & ardorem ſedantes, continuo geſtari: & ſi meiẽdi neceſſitas ipſorum depoſitionem requirat, ſtatim ab emictione rurſum inungi materia conuenienti & denuo intromitti.

Atque hic eſt vulgaris curandæ carunculæ modus, chirurgis

noſtris

nostris vsitatus.


Præstãtiorem & elegantiorẽ curandi rationem, & modum, necnon remedium a nobis in curatione Christianiss. & Inuictiss. Henrici Magni Gall. & Nauarrę Regis vsurpata hoc in loco, hilari' nec in grato animo in publicum commodum describere non grauabor.

Quòd ad modũ attinet: Syphonem argẽteum ab aurifabro mihi confici iussi, qualem pagina sequenti depictum videre est.

Huius partes sunt quatuor, nempe pyxis, impulsorium, Canalis, & virgula seu stylus argenteus.

In pyxidem immittitur vn-

guentum, quod mediante impulſorio in canalem impelli & intrudı debet. E canali foras & ſuper tuberculum effundi debet vnguentum, ſtyli in Canalem immiſſi ope. Debet autem Canalis in vrethrã immitti & carunculam extremitate ſua perforata attingere.


A
B
C
D

Remedium autem præcipuũ cuius ope carnucula absũpta & exesa fuit, erat puluis fol. sabinæ in vmbra exsiccatorum exceptus butyro recẽti, aqua ros. multoties loto, & mediante sypho-ne præscripto, tuberculo iniect⁹ & admotus in ingressu lecti: postridie vero mane post emictionem, iniectiones fi bant refrigerautes ex trochiscis gordonii vel albis Rhasis , aqua planginis vel solani dissolutis. Horũ remediorum vsu & serie, intra duodecim dies absumpta fuit caruncula, breuique postea vlcus ad cicatricem ductum, vsu tuthiæ & antimonij præparatorum, butyro rec. exceptorum &

&modo prædicto, vlceri admo, torum: & vnguentorum pompholigos&albiRhasis ex cerco-lo ad vlcus delatorũ &deniqué catheteris plũbei mercurio crudo & purificato affricti quẽ aliquando vice prædictorum inpenem immittebamus.

Quamuis prædicta remedia ĩ curatione Regis vſurpata poſſint eſſe inſtar omniũ, maximé tamen laudo proboque, ſuperius deſcripta, necnon ſequentia.

Acc. ceruſſæ venetæ vnc. iiij tuthiæ præp. lotæ in aqua roſ vnc. ſ. litargyri auri loti drach. vj ſtibij electi in tenuiſſimum puluerem redacti vnc. i. ſ. caphuræ vnc. ſ. maſtich., Olibani, aloes hepat. an.

ſcrup. ii. Comminuēda lapide marmoreo diligentiſſime conterantur adiecto plantaginis ſucco, atque ad ſolem ſiccentur. Dein rurſum exacte trita, in mortario piſtilloque plumbeo. adiecto oleo roſ. q. s. diutiſſime agitentur: fiat vnguentum ex quo ad atterendum penis, vel ceruicis veſicæ tuberculum coaptetur cereolus, vel immittatur per ſyphonem, modo ſupradicto.

Vlcus cicatrice obducetur vnguento ſequenti.

Acc. vng. roſ. & vng. albi Gal. recens confecti & aqua roſ. loti, vng. de ceruſſa cum caphura, pomatę ex hoedi adipe ſiue aromatibus paratæ an. vnc. j. miſce & diutiſſime in mortario plumbeo ſubige

bige, fiat vnguentum, immittendum vt superiora.

Absolutam carunculę curationem comperies, cum vrina liberrime & sine vllo dolore effluet, catheterque immissus libere & sine vllo doloris sensu in vesicam intromittetur.

Hactenus quæ longa nobis experientia comprobata fuere remedia, foelicique successu in quampulrimorum tum sublimis tum mediocris fortunæ virorum vtilitatem & commodū vsurpata, solo iuuandi impulsu & desiderio patefecimus. Faxit qui cūcta regit Omnipotens vt posthac non nisi methodice in communem omnium salutem

tractentur, & cuiuis ipsis vtenti foeliciter & pro voto cedant, Tu Lector beneuole boni consule.

FINIS.

AP-



APPENDIX

CVM PRIMVM de publicãdis iis quę foeliciter nobis & frequenti vſu ſucceſſerant in medicina per multos annos facenda remediis cogitauimus :Id nobis prępoſitum fuit vt ne vnũm quidem quantum fieri poſſet, ſupreſſum maneret. Verũ voluit ordo & ſeries ſcribendi vt quamplurima, locum in iis morbis, quos in praxi noſtra compendioſa tractauimus nõ habuerint. Ea idcirco ĩn poſtremis hiſce pagellis quæ alio-

quin vacuę forent reponemus: non inutilia mehercule, verum etiam ad quãplurimos affectus, externos præcipue vtilissima.

AD CANCRVM

ANtequã particularia remedia adhibeantur, instituẽda sunt vniuersalia & potissimũ debita victus ratio, sanguinis missio, & purgatio ex blando & miti remedio: acri enim & violento nõ est irritandus humor peccans. Pręcipua Cancri curatio est ipsius, enulsio per incisionem, &cauterij actualis admotionem: actuale enim cauteriũ, venenum in parte existens consumit & partem corroborat, putredinemque arcet. Priusquam

tamen hoc extremum remedium experiamur, mitiora sunt excercēda, quę plerumque curationem perficiunt. Inter ōnia laudo & probo sequens, a BernardoPenoto traditum quo ego sæpe sum vsus.

Acc. rad serpentariæ mai. mense Iunio collectam, in talleolas transuersun dissectam, filo lineo traiectā & ad vmbram exsiccatam nec parietem attingat, redigatur in puluerem tenuissimū cuius sume quantum volueris, adde arsenici cristallini partem tertiam fuliginis camini parum misceantur optime, puluis seruetur in pyxide lignea. Carcinoma vlceratum prius acu trāsforetur in formam crucis, insperge

puluere ſupradicto, linque ſic fiet eſchara, quæ circa diem duodecimum decidet per ſe: tandem vteris emplaſtro ſequenti.

Acc. Galbani, opopan., ſagapeni an. vnc. iiij ammoniaci & bdellij an. vnc. viij gummata in aceto diſtillato ſoluantur ſoluta exprimantur, & ad aceti conſumpt. euaporentur & ad emplaſtri conſiſtētiam coquantur. Poſtea Acc. olei chamęm. lib. ij. olei hyperici lib. i. olei laur. vnc. iiii. olei thereb. vnc, i. Petrolæi lib. i. ceræ nouę lib. ii. ponantur ſimul cum prædictis gūmatibus & coquantur perfecte igne lento. Poſtea adde litargyri lib. ii. Ariſtol. vtriuſque, olibani, maſtich., myrrhę electæ, coralli rub.,

&

& albi an. vnc, iiii. lapidis calamini. vnc. vi. carabe vnc. i. florum antimon. vnc. iiii. salis vitrioli, mumiæ, camphoræ an. vnc. ii. pulueranda pulu erentur, & cum supradictis lento igne misceantur, continuè mouendo, dum fiat massa emplastri, ex qua formentur duo emplastra debitę magnitudinis, vnum cancro mane impones, alterum vesperi, mundando qualibet vice vlcus, & abstergendo cũ panno lineo molli & intra paucos dies curabitur.

Hoc emplastrum omnibus vlceribus, etiam scrophulosis medetur, absque vllo alio medicamento: neque inueniri potest vllum præstantius in cura-

tione cancri.

AD VLCERA MORTIficanda & curanda.

Acc. aluminis crudi, vitrioli albi, & viridis an. lib. i. salis ammon. vnc. iiii. salis comm. lib. i. pulu. cerussæ vnc. iii. aceti distillati vnc. x. bulliat cerussa cum aceto, postea misceantur cætera, & calcinentur in vaso terreo vitreato, donec materia dura & rubicunda sit tendens ad colorem cineritium. Dissolue prædicti lapidis vnc. i. in lib. ſ. aquæ comm. hoc liquore madefacti & intincti pencilli, bis in die vlceribus applicentur quibus superpone emplastrum sequens.

Acc. litargyri auri loti lib. i. olei comm. lib. ii. ceræ citrinæ lib. i. lap.

calamin. unc, iiii. opopan., galbani, bdellij, ammon. , in aceto dissolutorum & purgatorum & ad cõsistentiam emplastri coctorum an. unc. ii. pulu: myrrhæ, masticheſ, thuris, aloes, aristol. utriusque, mumiæ, asphalti an. unc. i. croci martis loti unc. iiij. olei hyperici unc. vj. thereb. venetæ unc. iiij fiat empl. secundum artem, & omnia suo ordine ponantur, & pulueres in fine coctionis, cauẽdo ne adurantur.

Hoc emplastrum cum aqua prædicta, detergit, incarnat, cicatricem inducit, discrasiam impedit, fragmẽta ossium & cariem attrahit, sedat dolorẽ neruorum & eorum puncturas, cõ-

tusiones, suppurat omnes tumores, vulnera antiqua & recentia curat, dummodo dissolvatur cum oleo hyperici in formam vnguenti.

AD IDEM

ACc. pulu. aristolochiæ rot., & sacchari albi an. vnc. i. misce, & nodulo inclusa macerentur in lib. iij. vini albi, lentoque igne coquantur donec duæ libræ liquoris supersint: hoc decocto calido foucãtur vlcera cum panno lineo, mane & vesperi. superponẽdo folia brassicę rubræ, quæ fascia superposita contineantur, cauendo ne vlcus nimium comprimatur.

Vlcerum virulentiam maxime reprimit & tollit aqua calcis

cis ex arte parata, si ea abluantur vlcera mane & vesperi, aut adhibeantur & superponantur panni linei ea imbuti.

AD VLCERA ET VVLNEra detergenda.

VNguentum detersiuum.

Acc. thereb. claræ, vel venetæ lib. i. vitellos ouorum xx. misceantur & agitentur, lentoque igne incorporentur, addendo mellis ros. ad pondus omnium & semper agitando coquantur: fiat vnguētū tendens ad fuluum colorem, vulnera & vlcera quæcumque probe abstergens.

VEL

Acc. ouorum vitellos, x. thereb. venetæ opt. vnc. vii. s. misceantur sine igne, addendo pulueris

Mercurij perfecte calcinati unc. ſ. agitentur diu in mortario, ut perfecte incorporentur. Hoc unguēto curentur vlcera bis in die. Sanat vlcera maligna & diſepulotica, quæ cōmunibus & vulgaribus non cedunt remediis.

Emplaſtrum ad idem. *Acc. reſinæ lib. i. ceræ lib ſ. picis græcæ quartar. i. lento igne diſſoluantur addendo pulueris mercurij calcinati unc. i. fiat maſſa ex qua formentur magdaleones.* Hoc emplaſtro curari poſſunt omnia vlcera ſuperficiaria facillime, ſed ſi caua ſint & profunda, applicandum eſt vnguētum præſcriptū dein emplaſtrum ſuperponendum.

AD AMBVSTA.

In

IN omni vstione stati parti ambustæ superponatur pān⁹ line⁹ succo cepæ imbutus, bis aut ter prima die renouādus. Deinde.

Acc. lixiuij sarmētorū & olei nucū an. partes æquales, agitentur simul diu, donec in linimētū reducātur, quo illinatur vstio bis in die ex penna anserina, superponendo folia nucum. VEL

Acc. olei ros. vnc. v. olei cōm. vnc. ii. ceræ nouæ cerussæ & litargyri an. vnc. s. coquantur lēto igne sine cera horis nouē, sēper agitādo, & cū fere coctū fuerit, adde ceram & fiat vnguentū vel ceratum molle. VEL

Acc. ceræ nouæ vnc. ii, ol. ros. vnc. vj succi semperuiui vnc. iii. bulliāt lēto igne donec perfectè incorporētur & fiat vng. quo ungatur

pars affecta, superponendo folia sã-buci vel nucum. VEL

Acc. olei ros. vnc. viij. olei ex vitellis ouorum vnc. ii. ceræ albæ vnc. i. s. salis nitri albiss. drach. ij. corticis mediani sambuci, m. ii. lento igne fiat vnguentum. VEL

Acc. olei comm. lib. i. vini cyathum vnum, cępas albas num. viij semperuiui, sysimbrii aquat., cort. med. sambuci, lactucæ, cichorii, tussilaginis, betæ, maluę, caulium rub. an. m. i. succi pomorum dulc., olei viol. an. vnc. i. olei ros. vnc. i. s. sepi veruecis castrati & olei liliorum an. vnc. i, fiat vnguentum.

Aqua filicis sola, in ambustis præstantissimum est remedium si linteoli ea imbuti loco affecto impo-

imponantur.

Idem præstat aqua ſtillat. ex ſpermate ranarum.

AD HERPETES

Acc. camphoræ vnc. ſ. plumbi vſti, cinabrii, litargyri auri, minij an. drach. iij. olei roſ. vnc. iiij pomatæ albiſſ. vnc. ij. albumin. ouorũ num. iiii. ceræ albæ vnc. i. adipis veruecis caſtrati vnc. iii. ſucci citrangulorum & ſucci plantag. an. vnc. i. pulueranda pulueretur, ex arte fiat vnguentum quo illinatur herpes ter aut quater in die.

Oleum papyri ex arte factũ conuenit herpetibus, ſi eo illinantur. Huius olei guttæ tres cum iuſculo curant vteri ſuffocationem.

AD CONTVSIONES.

Emplastrũ. *Acc. styracis calam., benioini, ladani, mastich., an. drach. vi. ireos flor., calami arom., cinam. caryoph., ligni aloes, baccarũ lauri an. drach. j rosarum sicc. chamæm. lauẽdulę, & nuc. mosch. an. drach. ij moschi drach. i. ceræ nouæ vnc. vj resinę vnc. ii. thereb. q. s. misce fiat emplastrũ, parti cõtusæ admouẽdũ.*

Cataplasma ad idem. *Acc. sigilli beatę Mariæ, q. s. pistetur cum suff. quant. axungię porci rec. sine sale fiat cataplasma.* VEL

Acc. fol. apii & vincæ peruincæ an. m. i. pistentur & incorporentur cum suff. quant. butyri rec. fiat Cataplasma, bis au ter in die parti contusæ admouendum.

HÆC

Hæc omnia certissima sunt & a a me experta.

AD VVLNERA

BALSAMVS probatissimus. *Acc. olei comm. lib. iii. pulu. myrrhæ, thuris, mastiches, aloes, an. unc. ſ. bacc. lauri, aristol. rot. an. unc. i. puluerentur & recondantur in pāno vec sacculo lineo: ponātur in vase terreo vitriceato cū oleo prædicto sūmit. rorismarini cū floribus, summit. saluiæ cū florib⁹, florū lauēdulæ, rutæ, rosarum rub. sicc. summit. millefolij cum floribus, florū chamæm. & melil. an. m. j. thereb. claræ lib. ſ. olei hyperici unc. iii. ceræ nouæ & picis an. unc. ii. summit. ebuli, cort. med. sambuci an. m. i. coquantur omnia simul lento igne*

& secundum artem fiat balsamus.

CVRAT omnia vulnera, in quibus neque neruorũ ruptio, neque ossium adest fractura, eaque intra paucos dies consolidat. Quod mihi non ita pridem experiri contigit, in scholastico quodã, cuius pes a tarso ad plantam pedis ense perforatus, intra tres dies perfecté fuit sanatus.

CVRAT præterea omnes dolores ab humore frigido, si locis dolẽtibus cum lana succida applicetur. VTERI præfocationem si eo pars interna vuluæ illinatur. VERMES puerorum necat & elicit, si naribus applicetur & supra futuram coronalem & sagittalem. CVRAT dolorem

lorem & duritiem lienis ipſi inunctus. SVRDITATEM ſi fruſtulum lardi in formam tentæ eo intinctum in aurẽ immittatur. VERTIGINEM, capitis grauitatem, hæmicranæam, oculorũ rubedinem ſi ipſo tempora & caput vniuerſum illinatur, Arthritidem item & dolorem iſchiadicum partibus dolentibus calide perunctus.

VVLNERIBVS ſimplicibus curandis ſequentia remedia maxime conferunt.

BALSAMVS digeſtiuus *Acc. thereb. abietinę clariſſimæ, & gummi elemi an, vnc. i. ſ. ſepi caſtrati liquefacti vnc. ii. pingued. porc ſine ſale, veteris & liquefaetę vnc. i.*

lento igne dissoluantur seruentur ad vsum.

Huius Balsami portiuncula igne liquetur, & ex pēna galinacea ōnes vulneris partes inungātur, absque vllis filis lineis, nisi adsit ossis fractura: (quo casu vuluus lichinis post inunctionem erit opplendū.) Post inunctionem, vulneri emplastrum ex gummi elemi erit superponendū cuius hæc est descriptio.

EMPLASTRVM ex gūmi elemi. *Acc gummi elemi vnc. iij resinæ pini, gummi ammon., gūmi hederæ & ceræ an. vnc. ii. thereb. vnc. iij s. olei ros. drach. ij. bulliant ōma simul præter ammomacū cū cyatho vno vini odorati & maturi*

ad eius consumpt., postremo adde ammoniacũ dissolutum cum aceto, percolatum, & postea coctum cum aqua vitæ, fiat ex arte emplastrũ ad vsum prædictum VEL

Acc. thereb. venetæ lib ß. gummi elemi vnc. iiij. olei hyperici vnc. iij. boli arm., sang drac. an. vnc. j. aquæ vite vnc. ij. liquefiant omnia simul lento igne, adde sub. finẽ ireos flor., aloes, mastich. myrrhæ an. drach. i. fiat emplastrum.

VNGVENTVM ARMARIVM sine vllius remedij admotione sine dolore, naturaliter & absque incãtatione, (vt nõ paucis est persuasũ) vulnera sanãs mihi a D. Iano de la Riuiere quondam Archiatro Regio communicatum.

Οπλοχρισμα, fit absque incantatione, ritu ex dauco magno euulso, Marte in Ariete ascēdēte cōstituto, cum therebinthina & oleo: Quo si telum quo plaga facta est vnguatur, & vulnus mane vrinà vulnerati eluatur diligenter, sine emplastro, & dolore sanatio fiet. VEL

Acc. laridum, porci non castrati, minutim dissectum, liquetur in aquam frigidam iniiciatur, vt sal a pinguidine separetur: huius pinguedinis cape vnc. vii. lapidis sanguinalis vnc. i. santali rubri quantum capit testa oui, lumbricorum è terra post pluuiam exeuntiū, aut eorum qui sunt in terra pingui q. v. cranii humani quantum capit testa

testa oui, musci crescẽtis supra cranium mortuorum, tantundem, omnia pulverentur antequam ponderentur, postea liquetur pinguedo, & pulueres misceantur diligenter agitando fiat vnguentum seruandum vsui.

VEL.

Acc. vsneę crescentis supra caluariam humanam aeri expositã vnc. ij. axungiæ humanę vnc. ij. mumiæ, sanguinis humani an. vnc. j. ʃ. olei sem. lini, thereb. boli arm. an. vnc. j. omnia in mortario incorporentur, fiat vnguentum quod seruetur in vase angusto & oblongo.

Si ablutũ fuerit ferrum aut lignum sanguine calido madefactum, illinatur hoc vnguento & sanibitur vulaneratus quantum-

uis lõge absit. vel ferrum in vnguentum immergatur & ita relinquatur: æger mane sui ipsius vrina vulnus eluat diligenter, & sine dolore sanabitur. Hæc omnia data fuere Cæsari Maximiliano, Expertusque est prædictus D. de la Riuiere.

Si non sit ad manum ensis a quo vuluus factum est, accipe alium ensem & vulneri immitte ita vt sanguine tingatur, cura vt supra.

CERA ex qua fieri debent globuli causticis inserendi vt ipsa aperta maneant & probe euacuent.

Acc. pulueris scammonij scrup. ʃ. turbith electi drach. j. ʃ. agar. albi scrup.

scrup. iiij. iridis flor. drach. ſ. pulpę coloch. ſcrup. ii. excipiantur vnc. ij. ceræ nouæ addẽdo thereb. drach. j fiat maſſa, ex qua formentur globuli debitę molis, qui mutentur & exſiccentur mane & veſperi.

AD VERRVCAS VVLVÆ, & penis.

Acc, pulu. foliorum ſabinæ q. s. ſuperaſpergatur prædictis verrucis prius lotis vino tepido: & intra diem naturalem cadẽt ſine vlcere.

PERIAPTA ſeu amuleta in morborum curatione non eſſe inutilia, planũ eſt: Quapropter expertum mihi vnum aut alterum huiuſmodi ad febrem tum quartanam tum tertianã hic deſcri-

bere non pigebit.

Acc. vnguenti populeonis vnc. j. telę aranearum drach. ij. misce fiăt pilulę pond. scrup. i. quarum vna cuilibet carpo alligetur & ibi detineatur donec solita paroxismi hora longe præterierit

Debent admoueri in die paroxismi & paulo ante horam ipsius & ante admotionē assumi vnciæ duæ vini granatorū.

Aliud. *Acc. summit. vrticæ, angelicę, semperuiui, solani an. m. j. telæ araneæ albæ, & farinæ hordei an. drach. i. cum sale & aceto pistētur & applicentur pulsibus brachiorum & pedum ante paroxismum.* VEL

Acc. fol sambuci, saluię, pedis co-

lum-

lumbini & rutæ an. m. ʃ. calthæ tertiam partem m. j. ſalis & vini parum omnia ſimul trita carpis admoueantur modo ſupradicto.

Foelici ſucceſſu aſſumitur in his febribus, diluti noſtri vncia vna aut altera. Eſt autem dilutũ nihil aliud quam infuſio drachmarum duarum ſtibij vitreati pulu., in lib. j vini albi maturi. Stibij autem vice ſecurius & auctiore doſi poteſt vſurpari crocus metallorum ſuperius in praxi noſtra deſcriptus.

QVONIAM neceſſarius eſt perſępe in praxi facienda Laudani vſus, nec ipſum frequenter in officinis pharmacopoeorũ reperitur, ob longam & ſumptuosã

ipsius præparationem, ipsi persæpe substituim° pilulas sequẽtes, securas, nec inefficaces: quibus coronidis loco hunc cappẽdicem claudimus.

Acc. pulu. arom. ros. drach. ij. croci, castorei, myrrhæ an. grana quinque, opij vino maluatico dissol. grana quindecim: omnia incorporẽtur cũ guttis aliquot mellis anthosati fiat massa cuius dosis scupulus semis,

VEL

Acc. stir. calam., thuris, myrrhæ, succi liquir. an. drach. j. opij aquæ vitæ remolliti scrupulũ semis, malaxẽtur omnia cum sapa, fiat massæ cuius dosis scrupulus vnus.

FINIS.

